		Occasus	ἑῷος	20. Athyr	17. Athyr	14. Athyr	12. Athyr	9. Athyr
			κρύπτεται	3. Pachon	28. Pharmuthi	24. Pharmuthi	21. Pharmuthi	17. Pharmuthi

№	Stellae nomen	Phasis		ὡρῶν ιγ ∠'	ὡρῶν ιδ	ὡρῶν ιδ ∠'	ὡρῶν ιε	ὡρῶν ιε ∠'
11	Κύων	Ortus	ἐπιτέλλει	22. Epiphi	28. Epiphi	4. Mesori	9. Mesori	14. Mesori
	(= Sirius)		ἑσπέριος	26. Choiak	1. Tybi	6. Tybi	10. Tybi	14. Tybi
		Occasus	ἑῷος	9. Choiak	5. Choiak	1. Choiak	27. Athyr	24. Athyr
			κρύπτεται	23. Pachon	17. Pachon	12. Pachon	7. Pachon	3. Pachon
12	ὁ λαμπρὸς τοῦ	Ortus	ἐπιτέλλει	11. Phamen.	20. Phamen.	3. Pharmuthi	18. Pharmuthi	9. Pachon
	νοτίου Ἰχθύος		ἑσπέριος	19. Mesori	26. Mesori	2. Epagomen.	—	19. Thoth
	(= α piscis	Occasus	ἑῷος	12. Mesori	9. Mesori	6. Mesori	2. Mesori	27. Epiphi
	australis)		κρύπτεται	17. Tybi	13. Tybi	8. Tybi	4. Tybi	28. Choiak
13	ὁ ἔσχατος τοῦ	Ortus	ἐπιτέλλει	21. Payni	6. Epiphi	22. Epiphi	11. Mesori	non adparet; u. p. 66, 19.
	Ποταμοῦ		ἑσπέριος	26. Athyr	9. Choiak	24. Choiak	13. Tybi	
		Occasus	ἑῷος	6. Phaophi	27. Thoth	17. Thoth	4. Thoth	
			κρύπτεται	16. Phamen.	6. Phamen.	25. Mechir	12. Mechir	
14	ὁ καλούμενος	Ortus	ἐπιτέλλει	—	2. Epagomen.	14. Thoth	non adparet; u. p. 66, 15.	
	Κάνωβος		ἑσπέριος	22. Tybi	6. Mechir	23. Mechir		
	(= Canopus)	Occasus	ἑῷος	23. Athyr	10. Athyr	24. Phaophi		
			κρύπτεται	5. Pachon	20. Pharmuthi	2. Pharmuthi		
15	ὁ ἐν τῷ ἐμπροσθίῳ δεξιῷ	Ortus	ἐπιτέλλει	24. Athyr	6. Choiak	23. Choiak	non adparet; u. p. 66, 15.	
	βραχίῳ τοῦ		ἑσπέριος	6. Pachon	17. Pachon	5. Payni		
	Κενταύρου	Occasus	ἑῷος	11. Phamen.	19. Mechir	22. Tybi		
	(= α centauri)		κρύπτεται	23. Mesori	29. Epiphi	27. Payni		

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.002

II. STELLAE SECVNDI ORDINIS

№	Stellae nomen	Phasis		ὡρῶν ιγ ∠′	ὡρῶν ιδ	ὡρῶν ιδ ∠′	ὡρῶν ιε	ὡρῶν ιε ∠
1	ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως (= α Persei)	Ortus	ἑῷος	14. Pharmuthi	3. Pharmuthi	21. Phamen.	3. Phamen.	12. Mechir
			ἑσπέριος	10. Thoth	28. Mesori	11. Mesori	23. Epiphi	2. Epiphi
		Occasus	ἑῷος	15. Athyr	20. Athyr	25. Athyr	1. Choiak	8. Choiak
			ἑσπέριος	22. Pharmuthi	26. Pharmuthi	1. Pachon	6. Pachon	12. Pachon
2	ὁ ἐν τῷ ἑπομένῳ ὤμῳ τοῦ Ἡνιόχου (= β aurigae)	Ortus	ἑῷος	1. Payni [ἐπιτέλλει]	—	24. Pachon	18. Pachon	6. Pachon
			ἑσπέριος	28. Phaophi	20. Phaophi	8. Phaophi	21. Thoth	30. Mesori
		Occasus	ἑῷος	13. Choiak	18. Choiak	23. Choiak	28 Choiak	5. Tybi
			ἑσπέριος	23. Pachon [κρύπτεται]	25. Pachon [κρύπτεται]	28. Pachon	1. Payni	5. Payni
3	ὁ λαμπρὸς τοῦ Ὄρνιθος (= α cygni)	Ortus	ἑῷος	4. Tybi	—	16. Choiak	7. Choiak	27. Athyr
			ἑσπέριος	10. Payni	30. Pachon	18. Pachon	8. Pachon	26. Pharmuthi
		Occasus	ἑῷος	5. Epagomen.	9. Thoth	17. Thoth	25. Thoth	3. Phaophi
			ἑσπέριος	4. Mechir	12. Mechir	21. Mechir	29. Mechir	7. Phamen.
4	ὁ λαμπρὸς τοῦ βορείου Στεφάνου (= α coronae borealis)	Ortus	ἑῷος	27. Phaophi	22. Phaophi	16. Phaophi	10. Phaophi	6. Phaophi
			ἑσπέριος	2. Pharmuthi	26. Phamen.	20. Phamen.	14. Phamen.	9. Phamen.
		Occasus	ἑῷος	16. Payni	27. Payni	7. Epiphi	18. Epiphi	28. Epiphi
			ἑσπέριος	15. Athyr	23. Athyr	2. Choiak	10. Choiak	19. Choiak
5	ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἡγουμένου Διδύμου (= α geminorum)	Ortus	ἐπιτέλλει	6. Epiphi	6. Epiphi	—	8. Epiphi	9. Epiphi
			ἑσπέριος	5. Choiak	2. Choiak	28. Athyr	23. Athyr	17. Athyr
		Occasus	ἑῷος	2. Tybi	5. Tybi	8. Tybi	12. Tybi	16. Tybi
			κρύπτεται	11. Payni	13. Payni	13. Payni	14. Payni	14. Payni

*I

№	Stellae nomen	Phasis		ὡρῶν ιγ ∠′	ὡρῶν ιδ	ὡρῶν ιδ ∠′	ὡρῶν ιε	ὡρῶν ιε ∠′
6	ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἑπομένου Διδύμου (= β geminorum)	Ortus	ἐπιτέλλει	12. Epiphi	—	14. Epiphi	—	17. Epiphi
			ἑσπέριος	11. Choiak	9. Choiak	7. Choiak	4. Choiak	30. Athyr
		Occasus	ἑῷος	4. Tybi	6. Tybi	8. Tybi	11. Tybi	14. Tybi
			κρύπτεται	15. Payni	14. Payni	12. Payni	11. Payni	10. Payni
7	ὁ κοινὸς Ἵππου καὶ Ἀνδρομέδας (= α Andromedae)	Ortus	ἑῷος	10. Phamen. [ἐπιτέλλει]	5. Phamen. [ἐπιτέλλει]	1. Phamen.	25. Mechir	19. Mechir
			ἑσπέριος	13. Mesori	4. Mesori	26. Epiphi	17. Epiphi	8. Epiphi
		Occasus	ἑῷος	24. Thoth	27. Thoth	30. Thoth	2. Phaophi	5. Phaophi
			ἑσπέριος	29. Mechir [κρύπτεται]	2. Phamen. [κρύπτεται]	4. Phamen.	7. Phamen.	9. Phamen.
8	ὁ λαμπρὸς τοῦ Ἀετοῦ (= α aquilae)	Ortus	ἑῷος	3. Tybi [ἐπιτέλλει]	30. Choiak	27. Choiak	25. Choiak	23. Choiak
			ἑσπέριος	11. Payni	6. Payni	2. Payni	27. Pachon	24. Pachon
		Occasus	ἑῷος	27. Epiphi	2. Mesori	6. Mesori	10. Mesori	—
			ἑσπέριος	27. Choiak [κρύπτεται]	30. Choiak	4. Tybi	7. Tybi	9. Tybi
9	ὁ ἐν τῷ ἡγουμένῳ ὤμῳ τοῦ Ὠρίωνος (= γ Orionis)	Ortus	ἐπιτέλλει	21. Payni	25. Payni	30. Payni	5. Epiphi	11. Epiphi
			ἑσπέριος	26. Athyr	28. Athyr	30. Athyr	3. Choiak	5. Choiak
		Occasus	ἑῷος	25. Athyr	23. Athyr	22. Athyr	21. Athyr	20. Athyr
			κρύπτεται	7. Pachon	4. Pachon	2. Pachon	29. Pharmuthi	26. Pharmuthi

10	ὁ λαμπρὸς τοῦ Ὕδρου (= α hydrae)	Ortus	ἐπιτέλλει	22. Mesori	24. Mesori	27. Mesori	29. Mesori	1. Epagomen.
			ἑσπέριος	22. Tybi	24. Tybi	25. Tybi	26. Tybi	28. Tybi
		Occasus	ἑῷος	23. Tybi	21. Tybi	19. Tybi	16. Tybi	14. Tybi
			κρύπτεται	30. Payni	25. Payni	20. Payni	15. Payni	9. Payni
11	ὁ λαμπρὸς τῆς βορείου Χηλῆς (= β librae)	Ortus	ἐπιτέλλει	3. Athyr	4. Athyr	5. Athyr	—	—
			ἑσπέριος	11. Pharmuthi	10. Pharmuthi	9. Pharmuthi	8. Pharmuthi	4. Pharmuthi
		Occasus	ἑῷος	10. Pachon	14. Pachon	—	25. Pachon	1. Payni
			κρύπτεται	8. Phaophi	7. Phaophi	6. Phaophi	4. Phaophi	2. Phaophi
12	ὁ μέσος τῆς ζώνης τοῦ Ὠρίωνος (= ε Orionis)	Ortus	ἐπιτέλλει	1. Epiphi	6. Epiphi	11. Epiphi	17. Epiphi	23. Epiphi
			ἑσπέριος	30. Athyr	4. Choiak	7. Choiak	10. Choiak	13. Choiak
		Occasus	ἑῷος	29. Athyr	26. Athyr	24. Athyr	21. Athyr	20. Athyr
			κρύπτεται	7. Pachon	4. Pachon	1. Pachon	27. Pharmuthi	24. Pharmuthi
13	ὁ λαμπρὸς τῆς νοτίου Χηλῆς (= α librae)	Ortus	ἐπιτέλλει	1. Athyr	—	2. Athyr	2. Athyr	—
			ἑσπέριος	7. Pharmuthi	—	—	—	6. Pharmuthi
		Occasus	ἑῷος	27. Pharmuthi	29. Pharmuthi	1. Pachon	5. Pachon	8. Pachon
			κρύπτεται	25. Thoth	21. Thoth	17. Thoth	12. Thoth	6. Thoth
14	ὁ καλούμενος Ἀντάρης (= antares)	Ortus	ἐπιτέλλει	25. Athyr	26. Athyr	27. Athyr	28. Athyr	29. Athyr
			ἑσπέριος	3. Pachon	4. Pachon	4. Pachon	4. Pachon	—
		Occasus	ἑῷος	18. Pachon	—	19. Pachon	20. Pachon	21. Pachon
			κρύπτεται	17. Phaophi	29. Thoth	22. Thoth et 6. Phaophi	12. Phaophi	—
15	ὁ κατὰ τὸ γόνυ τοῦ Τοξότου (= α sagittarii)	Ortus	ἐπιτέλλει	6. Tybi	12. Tybi	18. Tybi	25. Tybi	1. et 6. Mechir
			ἑσπέριος	15. Payni	18. Payni	20. Payni	24. Payni	29. Payni
		Occasus	ἑῷος	15. Payni	13. Payni	9. Payni	6. Payni	29. Pachon
			κρύπτεται	13. Athyr	6. Athyr	27. Phaophi	11. Phaophi	18. Athyr

b) Ὑποθέσεις τῶν πλανωμένων.

Huius operis libri I hi exstant codices Graeci praeter BCDEF et Vatic. Gr. 208, Marcianos 323, 324:

1) cod. Marc. Gr. 314, s. XV, f. 229^{v}—234, u. supra p. XI.

2) cod. Laurent. XXVIII 1, s. XIV, f. 177^{v}—180^{r}, u. supra p. XVIII.

3) cod. Laurent. XXVIII 7, s. XIV, f. 41^{v}—48^{r}, u. supra p. X.

4) cod. Laurent. XXVIII 12, chartac. s. XV. continet: fol. 1—40 Theo Smyrnaeus in Platonem, f. 41—94 Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Eulalium et Origenem, f. 95—96 uacant (huc usque manu graeca orientali), f. 95bis—106^{v} *Προχείρων κανόνων διάταξις* sine titulo, f. 106^{v}—113^{r} eius opusculi appendix, de quo u. infra d), f. 113—120^{r} *Περὶ κριτηρίου* sine titulo, f. 120^{v} uacat, f. 121—130^{r} Hypotheses sine titulo (haec pars codicis in Italia s. XV scripta esse uidetur), f. 130^{v}—132^{r} uacant, f. 132^{v} figura astronomica, cui additum est *Αἰγυπτίων τὸ περὶ ὡρῶν*, 130bis — 161^{r} (164) Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Epiphanium, f. 169^{r}—170^{r} *πόλεις ἐπίσημοι Εὐρώπης* notaeque astronomicae, f. 170^{v} uacat, f. 171 (168)—183^{r} tabulae geographicae, f. 183^{v}—184^{r} uacant (huc rursus manu graeca orientali, cetera uariis manibus). f. 184^{v} notulae astronomicae manu recenti, f. 185—186^{r} uacant, f. 186^{v} notula astronomica manu recenti, f. 186 (183)—291 tabulae astronomicae, de quibus u. cap. III. f. 292^{r} tabula fractionum sexagesimarum, f. 292^{v} uacat (praeter paucos numeros), f. 293^{r} *ἑξηκοστὰ πρῶτα ὥρας ἰσημερινῆς καὶ τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτοῖς τῆς τοιαύτης ὥρας μόρια*, f. 293^{v}—296^{v} astrologica et geographica, f. 297 (293)—300 *μέθοδος ἁπλουστέρα δι' ἧς εὑρίσκεται ἡ* ☾ *καὶ ἡ πανσελήνη*, f. 301—313 tabulae astronomicae, f. 314^{r} (310) *περὶ τοῦ γνῶναι ἐν ποίῳ ζῳδίῳ καὶ εἰς ποῖον μῆνά ἐστιν ἡ σελήνη*, f. 314^{v} uacat, f. 315—338^{r} tabulae chronologicae et astronomicae, f. 338^{v}—339 uacant, f. 340 (335)—350 *περὶ τῶν κατὰ μέρος ταῖς ἀναφοραῖς παρακολουθούντων* (alia manu), f. 351—53 uacant, f. 354^{r} notulae astronomicae manu recenti, f. 354^{v} uacat, f. 355 (347)—390^{r} Procli hypotyposes, f. 390^{v}—392 uacant, f. 393 (383)—408^{r} compendium astronomicum, f. 408^{r}—409 (399) notae chronologicae.

5) cod Laurent. XXVIII 46, chartac. s. XV, u. Bandinius II p. 68 sqq. Hypotheses habet f. 1—7 omissis p. 72, 25 *ἵνα* — p. 80, 8 *ἐκκέντρου*, p. 100, 7 *τῶν* — p. 106, 8.

6) cod. Laurent. XXVIII 47, s. XIV, f. 311^{v}—319^{r}, u. supra p. XIX.

7) cod. Scorial. Φ-I-5, chartac., scr. Nicolaus Murmuris a. 1543, f. 40—46 *περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανωμένων*, u. Miller, Mss. gr. d'Escurial p. 141 sqq. fuit Hurtadi de Mendoza.

8) cod. Paris. Gr. 453, chartac. s. XVI—XVII, f. 88—113^r^, u. Omont, Inventaire I p. 50.

9) cod. Paris. Gr. 1642, chartac. s. XV, f. 246—250 (titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῆς τῶν οὐνίων κύκλων κινήσεως*), u. Omont, Inventaire II p. 115.

10) cod. Vindob. Gr. 14, chartac. s. XV (ex libris Sebastiani Tengnagelii). continet: f. 1—8 *περὶ ἀστρολάβου χρήσεως καὶ κατασκευῆς*, f. 9—14 *περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων τοῦ Ψελλοῦ*, f. 15—32 *τοῦ σοφωτάτου κυρ. Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος περὶ βασιλείας μεταφρασθεὶς πρὸς τὸ σαφέστερον παρὰ τοῦ σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας διακόνου κυρ. Γεωργίου τοῦ Γαλησιωτοῦ καὶ τοῦ οἰναιώ^του^ κυρ. Γεωργίου τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν καὶ ῥητόρων*, f. 32^bis^ *ἐκ τῶν τοῦ ἱστορικοῦ Μέμνονος* (cetera uacant), f. 33—41^r^ *ἐκ τῶν τοῦ ἱστορικοῦ Μέμνονος*, f. 41^v^ uacat, f. 42—44^r^ *ἐκ τοῦ λβ′ λόγου τῶν ἱστορικῶν Διοδώρου*, f. 44^v^—44^bis^ uacant, f. 45—48 *τοῦ Χωνιατοῦ*, f. 49—86^r^ Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Epiphanium, f. 86^r^—90^r^ capita nonnulla astronomica, f. 90^v^ uacat, f. 91—100^v^ *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστέον αὐτῆς μέθοδος ἐναργής*, f. 100^v^—102^r^ appendix eius opusculi, de quo u. ad d), f. 102^r^—110^r^ Hypotheses, f. 110^v^ uacat, f. 111—169^r^ Hipparchus in Aratum, f. 169^v^ uacat, f. 170—192 catalogus stellarum (h. e. Hipparchus Victorii), f. 192^bis^—192^ter^ uacant, f. 193—221 Oppiani Cynegeticorum paraphrasis.

11) cod. Vindob. Gr. 160, chartac. s. XV („Ego Benedictus Cornelius emi hunc librum anno Salutis MIIIILXXXX meis pecuniis aureis 8", f. 1 mg. inf.: Sambuci 4 Δ). continet: f. 1—6^r^ Hypotheses, f. 6^v^—43 Procli Hypotyposes cum scholiis, f. 44—45^r^ tabulae astronomicae, f. 45^v^—54^v^ *Ἰσαὰκ μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ πραγματεία νέων κανονίων* ad annum mundi ,ϛωοϛ, f. 55—77^v^ Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Epiphanium, f. 77^v^—78^r^ appendix Theonis, u. infra ad c), f. 78^v^—165 tabulae astronomicae.

12) cod. Monac. Gr. 579, chartac. s. XVI. continet: f. 1—7^r^ *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανωμένων*, des. „*τέλος καὶ πλέον οὐδέν.* ex antiquo manuscripto bibliothecae Caesareae", f. 7^v^ uacat, f. 8—14^r^ „fragmentum versionis M.

Bergii ex libello manuscripto et incorrecto, cuius titulus erat *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανομένων.*"

Hi codices in duas classes eo distinguuntur, quod plerique in *ἰσοταχῶς* p. 104, 23 desinunt; reliqua pars in Vatic. 208, Marcianis 323 et 324, E, F, codicibusque 11 et 12 solis exstat. horum cod. 12, ut subscriptio docet, e cod. 11 descriptus est. idem de E ualet, u. errores horum codicum proprii p. 76, 14 *τε*] supra scr. 11, om. E.; 80, 4 *ἔκκεντρος*] *ὁμόκεντρος* (corr. mg. E); 80, 12 *ὡς* om.; 80, 24 *ρξβ*] *ρξ*; 82, 22 *σγ*] *σ*; 82, 30 *υϛ*] *υ*; 98, 15 *ἐστίν* om.; p. 84, 6 *μέντοι*] *μεν* E, 11. cod. 11 ipse nusquam meliora praebet quam Marc. 323, et ex ipso Marciano eum descriptum esse, testis est p. 78, 14, ubi in *,γσοζ* litterae *οζ* in Marc. 323 ita deformatae sunt (*ꝺ*), ut litterae *δ* similes fiant, et *γσδ* habent 11 et E. codices Marcianos 323 et 324 inter se coniunctos esse nec a Vaticano 208 sed a communi archetypo pendere, ex his locis manifesto adparet: p. 72, 25 *αὐτούς*] *αὐτά* Vat., *αὐτάς* Marcc., 11, E; 74, 20 *τεταρτημόριον*] *τεταρτημ* 323, E, 11, *τεταρτημόρια* Vatic., 324 (compendium habuit A, quod propter praecedens *τά* et in Vat. et in 324 falso resolutum est); 78, 28 *ψοα*] 324 et corr. ex *ψο* 323, *ψο καὶ ἑνί* Vat. (*ψο* habuit A ut B, sed correctum); 80, 16 *καὶ ἡ*] B, Vat., *ἡ δέ* Marcc., 11, E; 82, 7 *κύκλου*] B, Vat., om. Marcc., 11, E; 84, 1 *τοῦ ἐπικύκλου κέντρου*] B, Vat., *κέντρου τοῦ ἐπικύκλου* Marcc., 11, E; 88, 22 *λογισμόν*] B, Vat., *ἐπιλογισμόν* Marcc., 11, E; 100, 2 *ιη*] B, Marcc., *ση* Vat.; 94, 6 *ρξη*] B, Marcc., *ρξ* Vat.; 104, 14 *περιστροφῇ συντελουμένης*] Marcc., 11, E, *συμπεριστροφῇ τελουμένης* B, Vat.; 104, 26 *τε*] Marcc., 11, E, om. Vat.; 106, 5 *ὡς*] Marcc., 11, om. Vat.[1]) nec codd. Marciani alter ex altero descripti sunt, u. p. 72, 19 *θέσεων*] 323, *διαθέσεων* 324 solus; 80, 14 *λξ*] B, 11, E, supra scr. m. 2 323, om. 324 solus; 86, 24 *γ* — 25 *σημείων*] om. 324 solus; 90, 21 *περιγειότερον*] *ἀπογειότερον* 324 solus; 94, 8 *ἐν τῷ*] om. 324 solus; 106, 5 *λη*] om. sine lacuna 323, lac. 324, Vat. quoniam codd. Marciani in ceteris omnibus scripturis cum Vat. con-

1) Dubitationem mouere possit p. 92, 17, ubi *μγ* in Vat. ita scriptum est, ut *νγ* legi possit, et *νγ* Marcc., 11, E. fieri potest, ut *μγ* iam in A ita fuerit deformatum.

spirant, uelut in lacunis p. 106, 2, 4, 6, 8, commune eorum antigraphum codicis Vaticani gemellum fuit, sed uno loco correctum (p. 104, 14, ubi Vat. cum B consentiens antigraphum repraesentare putandus est).[1])

itaque huius classis stemma hoc est:



F sui generis est; nam a p. 104, 23 prorsus cum hac classe consentit (p. 104, 26 *τε* omisit cum Vat., p. 106, 5 *ὡς* habet), uerum eo usque plerumque alteram classem sequitur, ut p. 70, 1; 72, 22, 25; 74, 10, 20; 76, 3, 7, 21; 78, 2, 7; 84, 5 (*οὐ*); 88, 27—28; 96, 16, 21; 98, 10, 12 (*κύκλον ἐγκεκλιμένον*); 102, 1—3. praeter minutias nullius momenti (p. 72, 8; 74, 2; 76, 23; 84, 1) his tantum locis cum A contra B conspirat: p. 90, 15; 96, 19, 31; 98, 12, semper cum codice 3; p. 72, 3 *ἢ*] B, 3, mg. *οἷόν τ' ἐκ τῆς* 3 m. 1, *ἐκ* AF. iam hinc ueri simile est, F hic e codice 3 descriptum esse, et hoc tot locis confirmatur, ubi hi duo codices soli fere ab AB discrepant, ut uix liceat dubitare, ut p. 70, 13 *ἡμῶν*] *ὑμῶν*, 14 *αὐτά*] *αὐτάς*, 22 *καί*] del. 3, om. F; 72, 15 *ἀναδιδομένας*, 26 *καί*] om.; 74, 5 *κύκλος μέγιστος*, 17 *τὰ τμήματα*] om.; 76, 15 *περιέξει*] *περι ξ ει* 3, *περιάξει* F; 78, 24 *ὁ*] om. (cod. 3 semper fere litteras initiales omittit), 30 *ὁ*] om.; 80, 11 *μ*] 3, *μοίρας* F, 12 *κύκλον*] om.; 82, 18 *κατά*] *καί* postea add. 3, *καὶ κατά* F; 84, 5 *ἅ*] *οὐ*, 17 *πέρας*] *μέρος* F, *μέρος* 3, mg. *πέρας* m. 2, 19 *ιγ*] *ιθ*, *ξξ ι'γ* m. 2 mg. 3, *ἐν ἄλλῳ καὶ ξξ ι'γ* F[2]), 30 *κλίσεως*] *ἐγκλίσεως*; 86, 5 *τῷ κέντρῳ*] *τὸ κέντρον*; 88, 20 *παρά*] *περί*; 90, 12 *δέ*] *δὲ καί*, 17 *καί*] 3 supra scr. *τοῦ* m. 2, *καὶ τοῦ* F, 20 *αὐτῷ*] 3 supra scr. *ν* m. 2, *αὐτῶν* F; 92, 3

1) P. 78, 14 *,γσοζ*] *γσς* 324; itaque *οζ* iam in communi antigrapho male scriptum erat. p. 80, 9 *ἀπολαμβάνειν*] *ἀπολαβεῖν* 324, *ἀπολ*^{α}/' Vat., 323, 11 et sine dubio A.

2) Consensus Arabis casui debetur.

—4 τῶν εἰρημένων δύο; 94, 4 $\overline{\iota\varsigma}$] ι΄β, mg. m. 2 ι΄ϛ 3, ἐν ἄλλῳ ι΄ϛ mg. F, 6 καί] om.; 96, 21 τὰ ἐναντία] τἀναντία, 23 καὶ τῇ] καί; 98, 20 αὐτῷ] αὐτό; 100, 4 καί] om.; 102, 8 $\overline{\lambda\alpha}$] λ΄δ 3 supra scr. λ΄α m. 2, λ΄δ F, mg. ἐν ἄλλῳ λ΄α, 13 δέ] δὲ καί, 21 αὐτῷ] αὐτῶν (corr. in αὐτόν F); u. praeterea scripturae uerae communes p. 86, 27 τό[1]; 92, 17 τά[2]; cfr. p. 78, 28 $\overline{\psi o\alpha}$ cum Marc. 323 correcto et 324. ex his locis nonnulli excludunt, codicem 3 ab F pendere, id quod confirmant errores codicis F in cod. 3 non obuii p. 70, 23 ὅν] ὤν, τε] om.; 74, 2 τά] om., 10 ἀπό] ἀπ'; 76, 10 μέν] om., 12 ποιείσθω] ποιεῖσθαι, 23 ποιείσθω] om.; 80, 11 δή] δέ; 94, 7 Ἄρεος, 15 δή] $\varDelta^{H'}$ 3, δέ F, 16 νοτίου] τοῦ νοτίου[3]; 102, 1 $\overline{\varrho\nu\varsigma}$] $\overline{\varrho o\varsigma}$. quae in cod. 3 postea correcta sunt, habet F omnia; praeter locos iam adlatos u. p. 76, 2 περιέχει δηλονότι] F, περιέχει 3 supra scr. δηλονότι, 31 κύκλος] F, supra scr. 3; 78, 10 ἰσημερινά] F, ἰσ- supra scr. 3; 80, 9 ἀπολαμβάνειν] F, corr. ex ἀπολαμβανομένην 3; 80, 19 ᾱ ∟΄] F, ᾱ ῡ 3, corr. mg.; 94, 3 ἀπό — 4 κόσμου] F, ὡς εἰς τὰ προηγούμενα τοῦ κόσμου ἀπὸ τοῦ ἀπογείου τοῦ ἐπικύκλου 3, corr. mg., 25 τήν — 26 κύκλου] F, mg. 3; 100, 3 πρός] F, corr. ex εἰς 3 (p. 98, 12 κύκλος 3, F, mg. κυκλίσκος 3, ut B, sed del.). itaque prior pars codicis F e codice 3 correcto descriptus est, extremam partem ab exemplari aliquo Marciani 323 adfini sumpsit uel ab eo ipso (τε p. 104, 26 fortasse casu excidit). discrepant loci paucissimi nec graues p. 70, 1 ὑποθέσεων] F, ὑπόθεσις 3; 76, 16 μέρος] F, μέρους 3; 76, 22 ποικίλαι] F, ποικίλλαι 3; 82, 7 μιᾶς $\overset{o}{\mu}$] F, $\overset{o}{\mu}$ μιᾶς 3; 80, 4 τοῦ ζῳδιακοῦ] F, ζῳδιακῷ 3; 84, 19 καί] F, om. 3; 84, 23 καί] F, om. 3; 94, 1 καί] F, om. 3; 94, 4 καί] F, om. 3; 102, 13 κύκλος] comp. F, κυκλίσκος 3; 104, 16 καί] F, om. 3. quae omnia librario usu uel ratione edocto deberi possunt (p. 104, 16 fortasse iam eo exemplari, quod inde a p. 104, 23 sequitur, usus est). quare non dubito p. 104, 15 τῇ εἰρημένῃ coniecturae tribuere (om. AB, 3; τῇ necessarium est), ut p. 88, 10 ἐκ τοῦ κέντρου] ἐκκέντρου 3 (= B), τοῦ κέντρου F; p. 104, 14 περιστροφῇ συντελουμένης ab exemplari classis A petitum esse potest (περιστροφῇ τελουμένης 3).

1) Hanc emendationem inuenerunt etiam Marcc. 314 et 324.
2) Habet etiam Vindob. 160.
3) Sic etiam Marc. 324.

iam ad alteram classem ueniamus.

C hic quoque e B, ut consentaneum est, descriptum esse, ostendit summus eorum consensus, uelut p. 76, 23 *τόν* habet. errores nonnullos correxit manus 2 (h. e. manus 1 alio atramento), ut p. 76, 21 *μή* erasum; 90, 15 *γάρ* erasum; p. 88, 10 habet *ἐκ τοῦ ἐκκέντρου πρός*, sed *τοῦ* in ras. maiore; *ᾱ́* p. 84, 5 coniecturae debetur, ut p. 86, 1 *μ̊*] *τοιούτων* in ras. (hoc quidem male). cum Vat. solo consentit p. 78, 28 *ψ̄ο̄ καὶ ἑνί* (deinde *ᾱ́* — *ψ̄ο̄ᾱ* om.). numeros saepe litteris omnibus exprimit, figuras quattuor nullius pretii addidit. ex C pendet cod. 2, ut diximus, u. p. 70, 10 *τρόπον*] *λόγορόπον* C, *λόγον τρόπον* 2; 74, 25 *ἐκκειμένην*] *ἐγκειμένην* 2, C; 78, 10 *͵ηφκγ^σιν*] *ὀκτακισχιλίοις πεντακοσίοις εἰκοσιτρεῖς* 2, C; p. 76, 21 *μή* om. 2.

e B descriptos esse D et cod. 6, supra dixi, et in hoc quoque opere prorsus cum eo consentiunt, uelut p. 74, 2 *θαυμασιοτάτης*, p. 76, 23 *τόν*, p. 78, 28 *ψ̄ο̄* habent; signa marginalia p. 80, 5, 28 etiam in cod. 6 sunt, p. 88, 10 *ἐκκέντρου* D. ex D descriptus est cod. 9, in quo titulus est *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῆς τῶν ουνιων κύκλων κινήσεως* (titulum om. D), u. p. 70, 7 *ὁμαλῆς καί*] om. 9, D; 70, 22 *μή*] *οὐ* 9, D; 72, 16 *διά*] *κεν* | D, om. 9; 72, 25 *ψιλαῖς*] *ψιλοῖς* 9, D; 84, 23 *ὡς εἰς* 9: 88, 11 *ἐκκέντρου* — *κέντρου τοῦ*] om. 9, D.

codd. 1 et 3 nihil praebent, quod prohibeat, quominus eos e B descriptos esse statuamus; nam quod p. 72, 8 *πολλαχῇ*, p. 74, 2 *θαυμασιωτάτης*, p. 76, 23 *τῶν*, p. 86, 27 *τό*, p. 96, 19 *τοῦ* habent, leue est; in omnibus uitiis grauioribus cum B concordant. nec communis error p. 70, 23 (*τε* om.) tantum ualet, ut ideo commune archetypum a B deriuatum statuamus. quae cod. 3 propria habet uel bona uel mala, supra dedimus; ea cod. 1 non praebet. cum B consentit cod. 1 p. 78, 7, 28: 84, 1, 5; 90, 15; 92, 17; 98, 12; 104, 14. neuter nec cum C nec cum D conspirat. e cod. 1 descriptus est cod. 4, ut ex scripturis his eorum et communibus et propriis satis adparet: p. 70, 16 *ἐποχὰς ἀποκαθισταμένης*] *ἀποκαθισταμένοις ἐποχάς*; 72, 1 *μετὰ τῆς διά*] *διὰ τῆς μετά*; 72, 15 *ἀναδεδομένας*] *ἀποδεδομένας*; 76, 25 *Αἰγυπτιακοῖς*] *ἑπτακοσίοις*; 78, 3 *συντελεῖσθαι*] *συντελεσθεῖσαι*; 78, 20 *͵γρ̄ν̄*] *͵τρ̈ν*; 78, 23 *ἀποκαταστάσεις*] *ἀποστάσεις*; 80, 24 *ρξβ*] *ρξδ* (p. 74, 10 casu *ὡς* omittunt ut A); neque enim cod. 1 ex cod. 4 descriptus est, u. p. 70, 23 *καθ'*] 1, *καὶ καθ'* 4. praeterea e cod. 1 descriptum esse puto codicem 7: constat

enim Hurtadum illum de Mendoza plerosque codices suos e codicibus Marcianis describendos curasse, cum a. 1538—1547 legatus imperatoris Uenetiis esset, Nicolaumque Murmurin, qui a. 1543 partem codicis 7 scripsit, Uenetiis negotium librarii fecisse (Graux, Fonds gr. d'Escurial p. 184 sqq.); porro prior pars codicis 7 eadem prorsus continet, quae cod. 1 f. 197—286 [1]), et p. 159, 1—2 cod. 7 eundem titulum habet, quem cod. 1 solus manu 2. e codice 3 descriptam esse partem maiorem codicis F, modo uidimus. ex eodem etiam cod. 10 descriptus, ut ex his erroribus communibus pro certo concludi potest: p. 70, 4 *τοῖς τῆς μαθηματικῆς*] *τῆς τοῖς μαθηματικοῖς*, 5 *ἐφωδεύσαμεν*] *ἐφοδεύσαμεν*; 74, 3 *ἀπ'*] *ἐξ* supra scripto *ἀπ'* m. 2 cod. 3, *ἐξ* m. 1 cod. 10; 76, 3 *δηλονότι*] supra scr. m. 2 cod. 3, m. 1 cod. 10; 76, 31 *κύκλος*] comp. supra scr. m. 2 cod. 3, m. 1 cod. 10.

cod. 8 ex ipso B summa fide descriptus est; u. p. 72, 8 *πολαχῇ*; 74, 2 *θαυμασιοτάτης*; 76, 23 *τόν*; 80, 28 ☾ mg.; 84, 5 *οὖ*; 86, 13 *κινείσθω*] *ποιείσθω* [2]); 88, 10 *ἐκκέντρου*, 14 *ἀπόγειον*] *ἔγγειον* (*ἔγγειον*, h. e. *ἀπόγειον*, B), 15 *μεταστάσεως*] *κ^τστάσεως* [2]); 90, 15 *γὰρ γωνίαν*, omnia ut B, p. 72, 3 *ἐκ* cum B². [3])

cod. 5 lacunosus cum B consentit p. 72, 3, 22, 25, et quoniam neque cum D neque cum cod. 1 neque cum C contra B conspirat (p. 70, 7 *ὁμαλῆς καί*] 5, om. D; p. 72, 1 *μετὰ τῆς διά*] 5, *διὰ τῆς μετά* 1; p. 70, 10 *τρόπον*] 5, *λόγορόπον* C; p. 72, 4 *προθέσεως*] 5, *προσθέσεως* C), relinquitur, ut aut ipsius B aut codicis 3 apographum sit. hoc ut statuamus, suadent loci, quales sunt p. 70, 14 *αὐτά*] BC, *αὐτάς* 3, 5; p. 70, 23 *τε*] BC, om. 3, 5 (et 1), nec obstat, quod p. 70, 4, 5 errores codicis C cum F correxit; ab F pendere nequit propter p. 70, 20 *διημαρτῆσθαι*] F, m. 2 cod. 3, *διαμαρτῆσθαι* m. 1 cod. 3 et cod. 5.

---

1) Praemittuntur in cod. 1 f. 1—196 Ptolemaei tetrabiblos cum commentario anonymo et Porphyrii introductio in tetrabiblon. sequuntur in cod. 7 uaria commentaria in Syntaxin et opuscula astrologica; f. 116ʳ subscriptio *Πέτρου Καρναβάκα* a. 1543; sunt igitur duo codices diuersi.

2) Haec igitur scriptura fuit codicis B a m. 1.

3) Duae sunt in B manus correctrices, una atramento flauo, altera uiridi. huic correctio p. 88, 15 debetur et *-ί-* (in *ἐναντία*) correctum ibidem, illi *ἐκ* p. 72, 3.

titulum de suo refecit *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῶν κατὰ τοὺς πλανωμένους ὑποθέσεων.*

itaque stemma alterius classis hoc est:



cum B totius classis archetypus sit, credideris, defectum partis ultimae in eo ortum esse, et id eo magis, quod constat, in B aliquot folia excidisse; sed obstat, quod Hypotheses in folio 283 recto desinunt spatio ad finem paginae uacuo.

Nunc addo, p. 86, 26 *τοῦ* in B exstare et p. 96, 31 *τοσαύτας* etiam in B esse (ergo recipiendum).

Bainbridge fol. 2v de codicibus suis haec habet: „ex tribus enim exemplaribus ms. ne unum quidem integrum aut incorruptum fuit . . . multas lacunas (parenthesi inclusas) explevi. omnes periodos et epochas ad Magnae Syntaxis leges et numeros analysi non ita facili retexui plurimasque vitiatas restitui. in latitudinum vero hypothesibus nihil mutare volui; hic enim Ptolemaeus prudens (si quid iudico) ab illis in Syntaxi constitutis desciscit aliasque faciles expeditas longeque veriores candide proponit.“ fundamentum editionis erat codex ab E deriuatus; nam non solum errores e cod. Vindob. 160 propagatos, ut p. 78, 14 *,γσδ*; 80, 24 *ρξ*; 92, 17 *μγ*] *νγ*, sed etiam codicis E proprios habuit p. 78, 11 *κ′ κδ″*] *κη′ δ″*; 98, 15 *ἐστίν*] om.; uerum ipsum E non usurpauit, si quidem recte has scripturas e codice suo refert: p. 84, 21 *σξ μ*] (sic E) *σξβ κβ*; p. 84, 23 *λς*] (sic E) *λε′*; p. 92, 23 *νζ*] (sic E) *ιζ′*. emendationum Bainbridgii, quas praeter additamenta uncis inclusa enumerat p. 52, non paucae interpretatione Arabica confirmatae sunt; recepi, quae prorsus necessariae sunt rationibusque palaeographicis commendantur p. 78, 13, 15 (u. p. XV); 98, 7; 102, 7, recipi potuerant emendationes p. 84, 13 *τμζ*, 19, 23 *ιζ*; 88, 30 *μβ*; 90, 2 *μβ*; 94, 2 *ις*; 96, 11 *αὐτά*, 31 *νδ*; 102, 5 et 106, 6 *προηγούμενα*, quae ratiocinationibus astronomicis nituntur; p. 98, 3 pro *κ* Bain-

bridge $\overline{\varsigma}$ uoluit, quod probabilius est quam $\overline{\zeta}$ Arabis [1]); p. 90, 24 corrector codicis C cum Bainbridgio uerum uidit, in errores diuersos abeunt codices Graeci et Arabs. aliae emendationes eius astronomice quidem uerae sed palaeographice absurdae sunt, ut p. 82, 7 $\overline{\alpha}$] ο′ ιϛ″ ν‴, 23 $\overline{\beta}$] ο′ κϛ″ νβ‴; 88, 21 ἐπιλαμβάνεται] λείπει, 22 $\overline{\delta}$] β′; 90, 7 $\overline{\mu\alpha}$] νε′; 92, 24 ἐπιλαμβάνεται] λείπει, 25 $\overline{\alpha}$] ε′ λ″; 94, 6 $\overline{\varrho\xi\eta}$ $\overline{\lambda\varepsilon}$] ϱξϑ ιζ′; 96, 2 $\overline{\gamma}$] ο′ ιδ″; 100, 2 ἐπιλαμβάνεται] λείπει, 3 $\overline{\alpha}$] ο′ ι″; 104, 3 ἐπιλαμβάνεται] λείπει, 4 $\overline{\alpha}$] ο′ δ″, nec ulla earum ab Arabe confirmatur. qui loci quoniam monstrant, Ptolemaeum numeros uel male computasse uel scientem simpliciores reddidisse, Bainbridgium sequi nolui p. 78, 20 $\overline{,\gamma\varrho\nu}$] $\overline{,\gamma\varrho\lambda}$; 86, 13 $\overline{\beta}$] α′, 21 $\overline{\beta}$] α′; 102, 19 $\overline{\mu}$] $\overline{\nu}$, ubi Arabs cum nostris codicibus consentit; sed p. 100, 1 cum eo contra codices Arabemque recepi $\overline{\sigma\lambda\eta}$, quod et necessarium est et facile in σμ corrumpi poterat.

Halma Bainbridgium tam religiose sequitur, ut etiam uncos, quibus ille additamenta sua inclusit, conseruauerit; praeterea C habuit, ut inde adparet, quod in C initia paginarum editionis eius notata sunt, et codd. Pariss. 453, 1642, de quibus uerba facit p. 6 sqq.

quae interpretatio Arabica meliora praebet quam codices Graeci, supra adtuli. quae addit p. 102, 1; 106, 2 necessaria non sunt, sed tamen probabilitatem habent propter locos similes p. 88, 27; 92, 30; 96, 31. lacunas classis A p. 106 non habuit (l. 4 $\overline{\sigma\iota\alpha}$ ō, 6 $\overline{\pi\alpha}$ ō, 8 $\overline{\sigma\kappa\vartheta}$ $\overline{\iota\varepsilon}$ Bainbridge). errorem nostrorum codicum praeter locos supra adlatos praebet p. 88, 13; p. 84, 19 scriptura codicis Arabici B ex $\overline{\iota\vartheta}$ (= F) cum uariante $\overline{\iota\gamma}$ (= AB) orta est. in numeris saepe peccat (p. 78, 19, 22; 84, 21; 88, 19; 90, 24; 94, 2; 96, 16, 31; 98, 3; 102, 3, 8, 25), et multis locis uerba Graeca male intellexit (p. 71, 10, 20; 73, 14, 16, 20, 27; 77, 5, 13, 27); nonnulla omisit p. 85, 11; 89, 21. interpres est Thabit ben Korrah, u. Catal. codd. orient. Lugd. III p. 80, Wenrich de auct. Gr. versionib. p. 232, Suter Die Mathematiker und Astronomen der Araber p. 35, 11 sq. excerpta Persica libri II e Gravii libro, qui inscribitur Astronomica quaedam e traditione Schah Cholgii (Londini 1652) enotauit Nix.

---

1) Cfr. p. 98, 5 $\overline{\kappa}$] AB, Arabs, ϛ′ Bainbr.

c) Inscriptio Canobi.

Cum non modo in Marc. 313 (A) et Vat. 184 (C) codici Vat. 1594 adfinibus sed etiam in Paris. 2390 (B) eius apographo inscriptio Canobi Prolegomenis in Syntaxin e Theone aliisque excerptis adnexa sit, concludendum, eam olim etiam in Vat. 1594 eodem loco fuisse et cum extrema parte Prolegomenorum periisse. suspicor, duo illa folia *εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου ἀπόλυτα* (I[1] p. IV), quae hodie absunt, post f. 8 locum habuisse — initio enim nihil deest — et finem Prolegomenorum inscriptionemque Canobi continuisse. — exstat etiam in Laur. XXVIII 1.

stemma igitur hoc est:



Bullialdus in praefatione dicit, se usum esse codice Laurentiano „volumine quodam Graeco in charta pergamena . . ., quem ante trecentos annos Demetrius Cydonius Thessalonicensis in bibliotheca sua habuit,“ h. e. Laurent. XXVIII 1. cum deinde prosequitur: „ex quo Florentino descriptum esse librum, qui in Bibliotheca Regia manu recentiori in papyro scriptus et ordine centesimus decimus quartus adservatur, pro certo compertoque habendum esse puto . . ., siue in Graecia nondum a Turcis in solitudinem redacta siue in Italia Urbinatum Duce opus promouente descriptio facta sit. inter libros enim, quos Catharina Medicaea Franciae Regina Urbino in Gallias discedens secum adtulit, codex ille censetur“, apertissime Paris. 2390 significat, qui Mediceus est (in numero errauisse uidetur; fuit enim numero 184 signatus, u. Omont, Inventaire IV p. LXIX); eum archetypum, non apographum, codicis Laur. XXVIII 1 esse, supra p. XXXIX demonstraui.

Halma Bullialdum sequitur adhibito codice Paris. 2390 et inspectis codicibus Marc. 313 et Laur. XXVIII 1 (u. p. 13).

d) *Προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*

Exstat in codicibus hisce:

1) cod. Laur. XXVIII 1, fol. 168—171, sine titulo; in fine add. *Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ σαφήνεια.*

𝔅 2) cod. Laur. XXVIII 7, fol. 33—40^{v}; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστέον αὐτοῖς μέθοδος ἐναργής.*

3) cod. Laur. XXVIII 12, fol. 95—106, sine titulo.

4) cod. Laur. XXVIII 46, fol. 8, fragmentum p. 179, 15 *καὶ τάς*—181, 16 *τῶν ἐκ* | .

G 5) cod. Laur. XXVIII 47, fol. 270—278^{r}; titulus: *Πτολεμαίου*, in fine: *Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*

D 6) cod. Vatic. gr. 1038, fol. 323^{v}—328^{v}; titulus: *Πτολεμαίου*, in fine: *Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*

F 7) cod. Marcian. Gr. 314, fol. 209—215^{r}; titulum *Πτολεμαίου περὶ προχείρων κανόνων* addidit m. 2.

𝔈 8) cod. Ambros. Gr. H 57 sup. = 437, fol. 45—54^{v}; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστέον αὐτοῖς μέθοδος ἐναργής.*

9) cod. Messanensis Bibliothecae Uniuersitatis 9, chartac. s. XVI. continet: f. 1—16^{r} Porphyrii *εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου*, f. 16^{v} uacat, f. 17—106^{r} commentarius in tetrabiblon Ptolemaei, f. 106^{v}—107^{r} figurae astronomicae, f. 107^{v} uacat, f. 108^{r}—116^{r}(?) (des. *ἀριθμῶν*, f. 112^{v}—113^{r} lac.) *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστέον αὐτοῖς μέθοδος ἐναργής* u. Studi Italiani di filologia classica V p. 329 sq.

10) cod. Scorial. *Φ-Ι*-5, f. 14^{r}—32^{v}; titulus est: *περὶ προχείρων κανόνων.*

11) cod. Paris. 1642, fol. 251—262.

A 12) cod. Paris. 2390, fol. 147—149^{v}, sine titulo, in fine: *Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*

E 13) cod. Paris. 2397, chartac. s. XVI (scripsit Michael Damascenus), f. 19—27^{r}, sine titulo; u. Omont, Invent. II p. 252.

14) cod. Vindob. 14, f. 91—100^{v}; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστέον αὐτῆς μέθοδος ἐναργής.*

praeterea cod. Vat. gr. 1786, chart. s. XVI, f. 89—98^{r} habet p. 165, 13 ad finem (sine titulo) post Theonem Smyrnaeum (f. 1—38^{r}), Theodosium De habit. (f. 39—48^{r}, al. m.) et De dieb. (f. 49—88^{r}).

horum codicum praeter 9 et 13 omnium stemma dedimus p. CLXXIII, quod etiam in hoc opusculo scripturis uariantibus com-

probatur. cod. 𝔈 in hoc opere semper fere 𝔅 sequitur, sed ex alio codice (p. 177, 8) codici A simili non nulla recepit (p. 185, 6 προσπαραμεμύθηται habet sine corr.). cum codd. 5 et 6, quorum neuter ab altero, uterque a Vat. 1594 pendet, nostrum opusculum inter Syntaxin et Adparitiones habeant (in cod. 12 Syntaxin sequitur, sed deinde ordo est: Hypotheses, Adparitiones, περὶ κριτηρίου), manifestum est, in Vat. 1594 hoc opus excidisse post fol. 263; et praeter duo folia, quae initio perierunt, constat alia XXXI deesse, quorum VII et dimidium nostro operi sufficiunt. itaque recensio fundamentum habet codicem Vatic. 1594 e codd. 2, 5, 6, 7, 12 restitutum. e p. 171, 16; 182, 1 colligendum, in Vaticano 1594 scripturas uariantes adscriptas fuisse; hinc explicatur dissensio codicum p. 172, 10; 173, 6; 175, 9; 177, 3 et codicum DG contra A𝔅 consensus p. 159, 13; 164, 16; 175, 8, 22; 180, 10; 185, 5, 8. scripturae receptae siglis A aut 𝔅 signatae archetypi sunt his locis exceptis, ubi emendationes codicis 𝔅 recepi: p. 163, 9; 169, 3, 24; 170, 2, 22; 172, 10 (ρ̄ξ̄), 21—22, 24; 173, 1; 174, 24; 178, 19; 179, 26; 184, 13, 14. A et archetypum sequi debueram p. 169, 12; 172, 11, et cum iisdem nunc p. 162, 14 ἤ pro καί (𝔅) praefero; de p. 169, 22; 170, 1 dubito propter p. 182, 18, 22. quae ex ceteris codicibus recepta sunt, paucis minutiis exceptis omnia coniecturae debentur.

cod. 9, ut docet titulus, ad codd. 2, 8, 14 adcedit. cod. 13 ipse quoque a codice 2 pendere uidetur, sed p. 161, 22; 164, 2; 165, 17; 167, 23; 168, 7, 14; 175, 24; 180, 15 cum A consentit (p. 173, 4 ἐάσομεν supra scr., p. 183, 23 οὖν supra scr.). de Vat. 1786 nihil notaui.

Halma pro fundamento editionis habuit codicem 13 adhibitis etiam codicibus Paris. 1642 et 2390; in cod. 13 fol. 27r mg. adscriptum ab Halma uel potius amanuensi aliquo eius: ici finit l' introduction de Ptolemée aux tables manuelles, laquelle se continue par un calcul d' éclipse du soleil dans les mss. 2390 et 1642.[1])

codicem Vat. 1594 iam mendis satis grauibus inquinatum fuisse, adparet (u. in primis p. 159, 4; 165, 14—15; 168, 17; 170, 5; 172, 21 sq.; 175, 10); nunc addo, p. 164, 15 pro μέν scribendum uideri μὲν ⟨οὖν⟩, p. 175, 6 φαινομένη ⟨πάροδος⟩; p. 177, 25 pro αὐτῷ (h. e. τῷ ἀριθμῷ) rectius scriberetur αὐταῖς (h. e. ταῖς μοίραις tituli capitum uix ab ipso Ptolemaeo additi sunt; nam p. 164, 8 ad

1) Sequitur in cod. 13 f. 27r—103v Theo in Προχ. κανόνας ad Epiphanium.

τὸ δὲ μεσουρανοῦν auditur *λαμβάνεται* p. 163, 26, ita ut *δέ* respondeat particulae *μέν* p. 163, 25. sed testibus codicibus 5, 6, 7, 12 in Vat. 1594 fuerunt, et quod in cod. 2 saepe omittuntur (inde a p. 163, 24; alios addit p. 161, 1; 162, 12; discrepat a ceteris p. 161, 19, ut cod. 8 p. 171, 7, 21; 174, 1), rubricatori debetur.

in codicibus plerisque (exceptis 4 et 13, de codd. 9 et 10 non constat) huic operi appendix sine titulo adnectitur. incipit: (*ὑπόδειγμα τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως*). *ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος φανερὰ ἡμῖν γένηται τὰ εἰρημένα, παρειλήφαμεν τὴν ἀκριβεστάτην ἡμῖν τετηρημένην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔκλειψιν ἡλιακὴν τῷ π΄ ἔτει Διοκλητιανοῦ* (a. 364), et prior pars, ut iam indicauit Bandinius II p. 10, e Theonis commentario in *Προχ. κανόνας* ad Epiphanium misso excerpta est; desinit: *εὑρήσομεν τὴν τῆς ἐπισκοτήσεως πρόσνευσιν κατὰ τοῦ ἀπηλιώτου γινομένην.* sequuntur deinde alia capita similia, quae apud Theonem non repperi: *τὸ ἡμερήσιον ὁμαλὸν κίνημα τοῦ ἡλίου — τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν,* (*περὶ προσθέσεων ἢ ἀφαιρέσεων τῆς σελήνης οὕτως*) *ἐὰν τὸ κέντρον*[1]) — *ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα, τοῦ ζῳδιακοῦ ἐπὶ τοῦ ἡλίου — πάντα ποιῶ, ἐπὶ δὲ τῆς σελήνης — τὴν ἀφοριζομένην μοῖραν τῆς σελήνης, ἐπὶ τῆς καρδίας τοῦ Λέοντος — ὁρῶ τὴν ἀπειλημμένην*[2]), *ἐπὶ τῶν βουλομένων παρὰ τὸ τ΄ ψηφίσαι — ἀκριβὴς ἡ μέθοδος, περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς ὑπόδειγμα. ἐπὶ τοῦ ρ΄ ἔτους Διοκλητιανοῦ* (a. 384) — *ὁμοίως ποίει ἐπὶ οἱουδήποτε χρόνου, ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον — πρὸς ιϛ μ΄ δ̄, περὶ ἀνέμων ἀπὸ χειρός. τῶν γ̄ ἀστέρων — ἕως κη̄ βόρραν ἀναβαίνει, εὑρεῖν πότερον ἡ σελήνη ἐπὶ σύνοδον ἔρχεται ἢ ἐπὶ πανσέληνον ἢ ἀπὸ συνόδου εἰς πανσέληνον ἔρχεται. ἐὰν τὸ ἀπόγειον — ἐπὶ σύνοδον φέρεται, τὰ τοῦ ἡλίου σημεῖα ἐν ταῖς παραλλάξεσι λαμβάνομεν τὸν τρόπον τοῦτον. λαμβάνομεν τοῦ πρὸ αὐτοῦ ζῳδίου — ἡλίου σημεῖόν ἐστιν, ἐπὶ τῶν φάσεων τοῦ Κρόνου — ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ δὲ τοῦ Διός — ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ τοῦ Ἄρεως — ἐπὶ σύνοδον*[3]), *ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης — δύνει ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ — ἐπὶ σύνοδον ἐρχόμενος*[4]), *ἐὰν ὁ εἰσενεχθεὶς ἀριθμός — ἐὰν δὲ ἀφαι-*

---

1) Hic incipiunt codd. 2 f. 40v et 14 f. 100v, in *περὶ προσθέσεων* cod. 8 f. 54v.

2) Hic desinit cod. 2 f. 41v, postea add. $\overset{o}{\mu}$ *τοῦ*, in *ἀπειλημμένην* $\overset{o}{\mu}$ *τοῦ* desinit cod. 14 f. 102r.

3) Hic desinit cod. 6 f. 333; foll. 334—336r uacant (inc. f. 328v).

4) Hic desinit cod. 8 f. 58r.

ρετικὴ ἀφαίρει. huc usque codd 1 f. 171—177, 3 f. 106v—113r, 12 f. 150—154, sequuntur figurae (12 f. 155); in codd. 5 (f. 278—289r) et 7 (f. 215—221v) sequuntur figurae (5 f. 289v—290v, 7 f. 222) et *κανόνιον ἐπακτῶν. ἀπὸ Ἀδάμ — ἕως τῆς ἐνισταμένης γ΄ ἐπινεμήσεως ἔτη φμβ΄* cum figura et exemplo ad annum *σλϑ΄ ἀπὸ Διοκλητιανοῦ* (a. 523) adcommodato (5 f. 291r, 7 f. 223r; in cod. 7 f. 223v add. *ὁριζόντων καταγραφὴ τῶν διὰ Βυζαντίου* cum 2 figg.).

e) *Περὶ ἀναλήμματος.*

Ne quid desit, frustula nonnulla in cod. palimpsesto Ambrosiano lecta hic referam, quae propter genus scripturae rerumque similitudinem ad hoc opus pertinere credideris, quamquam locum eorum repperire non potui.[1])

P. 190: . . . *τινα τρόπον ἐπέσκεπται ον* . . . | . . . *τάς τε καταβατικὰς καὶ ἀντι|σκίους* . . .

post medium: . . . *τοῦ τε μεσημβρινοῦ καὶ τοῦ* . . . | *νου οὖν ὅτι* . . .

ad finem: . . . *τοῦ κατὰ κορυφὴν ἐπιτελ* . . . |

P. 236: ‖ *ϑω ε* . . . | . . . *ἡμέρα τοῦ ἡλίου με* . . . | *ρον τμῆμα τοῦ ὁρίζοντος, ἔτι δε* . . . *τες* |

τοῦ εαξ λαμβανομεν . . . |

inferius: *οἱ μὲν γὰρ* . . . | et

φέρωμεν . . . | *τονω* . . . |

P. 241: . . . *ασ* | . . . *εν* | . . . . *ἀπέχει* . . . | . . . *τερον ἐ(μ)* | *τη* . . . *(ἐν π)α|ρόδῳ* . . . *τοῦ ἰσημε|ρινοῦ* . . . *α ἐμαυτο(ῦ)* |

inferius: *⟨π⟩αρόδους καὶ τὰ ἐπι* |

P. 249: . . . *ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν* . . . | . . . *λλη* . . . *ου καὶ τοῦ φέροντος συνκε|κ* . . *μεν* . . . *εν μόνῳ τῷ φέροντι πρὸς τὰ* | *τοῦ μεσημβρινοῦ κατὰ τὰ ἐξάρματα τῶν* | *πόλων παραφορὰς ἀπαρεγκλίτων* |

P. 251: *ἐντομὰς ὅ τε πολεύων καὶ ὁ ζῳδιακός, ὥστε* | *πρὸς ὀρϑάς τ᾽ ἀκριβῶς εἶναι καὶ μίαν ἐπιφά|νειαν ποιεῖν τῶν τε κυρτῶν ἐμ μέρει καὶ τῶν* | *κοίλων ἐπιφανειῶν τῇ αὐτῇ μεν* . . . |

---

1) Partem operis periisse, suspicatur Delambre, Histoire de l'astronomie ancienne II p. 471

f) Planisphaerium.

Hunc librum, siue potius duo sunt (p. 249, 19), e Graeco in Arabicum traduxit Maslama ben Achmed el-Magriti († 1007—8), u. Suter, Die Mathematiker u. Astronomen der Araber p. 76 sq.[1]) notas quoque addidit, quarum conspectum breuem hic dare satis sit (pleraeque editae sunt a Commandino).

P. 230, 3: In hunc locum Maslem commentans ait — singulorum graduum initia constitui possunt.

P. 232, 14: Addit Maslem argumentum — per aequalia secabit.

P. 236, 26: Hic locus est argumenti Maslem — in una repraesentari planitie utrumque polum possibile est.

Ad p. 240, 13 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. et est ad hoc etiam uia facilior, quia ipse memorauit diametros parallelorum equalis ab equatore longitudinis in partem septentrionis et meridiei, et quia[2]) erit linea *ek* semidiametrus paralleli meridiani et linea *en* septentrionalis, et iam assignauit quantitates diametrorum eorum in precedentibus et demonstrationem in propositione secunda libri huius.

P. 251, 15 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. si animaduertisset Ptholomeus in hac propositione, propinquior esset assumptio, quod deus uelit; et hoc est. quando adiunxit *d* cum si duxisset a nota *g* lineam equidistantem linee *dz*, que est *gm*, et fecisset circulum cum distantia *em*, esset circulus arietis. quia angulus *nme* equalis angulo *zde*, ergo arcus *bgz* similatur arcui *cln*. Et ad illud aliter. quia ponam maiorem circulum *abgd* circa centrum *e* et ducam diametros ortogonaliter se secantes. uolumus ergo signare intra ipsam cum longitudine arcus similis arcui *gz* et continuabimus *b* cum *z*, et secabitur *eg* super *h*. fiatque circulus secundum et centro supra *e* et similiter *hkt*[3]); arcus ergo *kt* similis est arcui *zg*, quod ductis equidistantibus *gb* et *ht* manifestum est.

P. 252, 12: Hic subiungit Maslem, quod — ubicunque sita fuerit.

---

1) Cod. E mg. ad finem habet: explicit liber superficiate spere Ptholomei correctus a Meslem filio dantis gratias, quod est Admeti.

2) quis E.

3) Hic aliquid turbatum est.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.002

P. 254, 4: Noto igitur, ut[1]) Maslem addit, — equidistantes horizonti, quos Arabes pontes nominant.[2])

P. 255, 18 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. non declarauit, quod centrum non sit super unum punctum, nisi postquam ostendit, quod linea *mc* longior est *nl*; et iam explanabitur hoc facilius. quia protraham a puncto *n* perpendicularem super lineam *dl*, et est *no*. et declarabitur, quod *dn* breuior est quam *dc* et *dl* breuior quam *dm*. et secabitur in linea[m] *dc* equalis linee *dn*, que sit *dt*, et de linea *dm* equalis *dl*, que sit *dz*. fiet ergo triangulus *dtz* equalis triangulo *dnl*. et ut cecidit perpendicularis *no*, cadat etiam perpendicularis *tv*, et eius angulus *dnl* equalis angulo *dtz*; et quia lineata[3]) est *dc* longior linea *dn*, erit angulus *dnc* maior angulo *dcn*; ergo angulus *dcm* remanet maior angulo *dnl*, qui equatur angulo *dtz*. quando igitur ducetur a puncto *t* equidistans linee *mc*, cadet terminus alter sub puncto *z*, et est linea *tk*. ergo proportio *cd* ad *td*, ut proportio *mc* ad *tk*; est ergo ⟨*mc*⟩ longior quam *tk*. et *tk* longior quam *tz*; ergo *mc* longior quam *tz*, cui equatur *nl*. et quamuis non protrahamus perpendicularem, etiam declarabitur hoc, ut dicam, quod angulus *dzt*, qui equatur angulo *dln*, est acutus; ergo linea *kt* longior est linea *zt*. et ex hac figura declaratur, quod sectiones, quas secant linee recte egredientes a puncto *d* in lineam *ga* super arcus equales, erunt in eadem praeter equalitatem[4]), et quod omnes propinquiores centro longiores erunt remotioribus ab eo.

P. 257, 15 mg. E (om. Commandinus): Alia translatio. dixit Meslem. de complemento huius propositionis est, quod producam lineas *eg* et *dt* directe, donec concurrant super punctum *o*, et demonstrabo, quod circulus, qui transit per notam *c* et per punctum *y*, transit etiam per notam *o*, secundum quod probatum est in propositione antecedente de ponendo equidistanti circulo orbi signorum, de quo non cadit aliquid

---

1) Haec tria uerba om. Commandinus; habent A (ergo) BCE.

2) Sic AB; in E additur: quorum uerticales circuli, id est paralleli transeuntes per cenith capitis circuli, equidistantes sunt circulo recto (similia Commandinus).

3) Scribendum uidetur: declarata.

4) Scribendum: partes aequales.

intra circulum semper occultum. cum ergo uoluero perficere, quod promisi, producam *dz* usque ad punctum *q*.

Huc refertur nota, quam codices omnes p. 257, 15 in textu habent (Commandinus f. 23): Deinde[1]) argumentum Maslem subiungit addens: producimus lineam *dz* in directum — ex his manifestum est, quod in spera, dum super idem centrum, equidistans recto et equidistans zodiaco medius medium secat. quod quoniam planities facere non potest, descriptioni, quam Maslen ad id monstrandum hic interponit, nos supersedemus, ne quid Tholomaice descriptionis numerum[2]) ut minus cauemus plus apponamus, praesertim cum nulla cogat necessitas. quod tamen in ipsis eius descriptionibus, qua locus exigit imitatione, non Maslen negligimus. nec enim desperet quisquam, quin nos quoque et ea, que Maslen interponit, et ex nobis ipsis quam plurima eque rationabiliter, ut illi uisum est, interserere possemus, nisi auctorem ipsum, ut decet, castigate sequi mallemus ueriti, ne immoderata euagando libertas nimie beneuolentie uitium incurreret.

Ad finem huius notae E in mg. longam demonstrationem habet; inc. et ut compleam, quod oportet compleri in hac propositione, declarabo, quod hic circulus equidistans orbi signorum secat etiam parallelum, que⟨m⟩ secat in spera, in duo media, in hac forma in duo media; cuius hec ratio quidem. ponam circulum meridiei *abgd*; des. ergo circulus transiens per puncta *c*, *o*, *v* transit etiam per punctum *f*; et hoc est. et secundum similitudinem huius ducam circulos equidistantes orizonti egredientes sub orizontem, neque est differentia inter hec, et erunt almucanterat cadentes in lamina super astrolabium meridianum.

P. 258, 5: Addit Maslen. quantum haec linea recta — sic linea *by*, licet in infinitum protrahatur, nunquam linee *dg* concurret. ex his[3]) manifestum est, quod consequens est, cum hic circulus equidistans zodiaco per polum circuli recti transiens hunc equidistantem recto medium secet, et hunc per zodiaci polum necessario transire.

praeterea in A fol. 160ᵛ col. 1—162ʳ col. 1 (col. 2 et f. 162ᵛ

---

1) Demum quidem E, quem in sequentibus secutus sum. contulit A. A. Bjoernbo, cui omnia debeo, quae de E rettuli.

2) Scriptura incerta; quae proxime sequuntur, non intellego.

3) Hic mg. A: in alio libro non erat hoc.

uacant) post subscriptionem p. 259 adlatam notae hae additae sunt per litteras adscriptas ad suos locos relatae: dixit Maslem. et si intenderet cet. (cfr. E ad p. 251, 15).

et est ei alius modus — *gz*. et illud est, quod d'. v.

dixit Maslem. et non declaravit — elongantur ab eo (cfr. E ad p. 255, 18).

et ex — *ef* in se. et illud cet.

capitulum, quod non est de libro, quod edidit Abualcacim Maslem filius Ameti — cuius hec est forma (seq. figura). cum ergo declaratum est — gradum, et hec est forma illius (seq. fig.). opus autem — tabularum. et laus sit deo creatori gentium.

Interpres Latinus praefationem praemisit, quam hic ex codicibus ADF dabo, quorum D contulit A. A. Bjoernbo, AF ego; in BCE deest, sicut etiam apud Commandinum.

Quemadmodum Ptolomeus et ante eum nonnulli ueteris auctoritatis uiri antiquas seculi scribunt historias, que cunctis disciplinalibus scientiis finis est, ipsa earundem omnium principium existit nature comitata seriem, cuius omnis fere terminus in originis meta concluditur. quod quoniam presentis est negocii, locus exigit ab integro exponi, quo plane constet, quonam presentis instituti spectet auspicium, ac ne longa fiat digressio, nichil prohibere uidetur, quin ad imitationem alterius translationis nostre hic quoque breuiter commemoremus, ne, si diutius insequamur, scribentis moram faciamus. narratur quippe, transacto primo et uniuersali diluuio, qua primum undis ad priores alueos reuersis arida patuit, senem cum filiis superstitem, cum ex Armenia temperatiores auras sequens inter Tigrim et Eufratem descendit, [et] in quarto climate, qua postea Babilonia surrexit, constitisse. hic ex nepotibus eius quidam, ut ferunt, filius primogeniti, plane quidem antequam nepotum successio aut trans Kascarum aut citra Rufam haut longe a Mesopotamie terminis diffunderetur, seu auita memoria commonitus seu diuino fortasse nutu com-

---

1. Ptolomeus] A, Tholomeus D, Ptholomeus F. 2. ystorias A. 3. *Ante* scientiis *del.* fcſ F. 4. exstitit F. 6. quonam] quam F. 7. auspitium A. fiat] fiẹṭat F. 9. scribendis F. 10. narratur] A, narrat DF. quippe] quidem F. et] DF, ac A. 11. qua] DF, quam A. 12. temperationes F. 13. sequens] A, *om.* DF. tygrim A, tigrran D, tigrum F. et] *deleo.* 15. ex] A, z (*h. e.* et) DF. 16. kacarum F. 17. rufan A. haud A. Mesopotacie A. 18. auita — seu] A, *om.* DF. nutu fortasse DF.

16. Post qui del. sub 24. s] h. e. ½ 29. Post partes lac. relicta.

1. κε̄|τρω. 7. Post τα locus plurium litt. 9. αυτον. 15. μέν] με. 21. περιέχει] tert. ε e corr. 25. ιβ'] ιβ̅. 27. λ̅] e corr. 30. ∠'] (c).

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

$\overset{o}{\mu}$ $\overline{\mu\varepsilon}$, ὅπου δὲ | $\overline{\iota\varsigma}$ ὡρῶν, $\overset{o}{\mu}$ $\overline{\mu\eta}$ ∟΄. ἐπιζεύξωμεν δ(ὲ) καὶ τὰς τῶν | εἰρημένων μηνιαίων διαμέτρους λαβόντες | αὐτῶν τὰς οἰκείας διαστάσεις ἀπὸ τῆς ἰσημε|ρινῆς ἐπὶ τῆς τοῦ μεσημβρινοῦ περιφερείας | ἑκάστης ἴσου ⟨αὐτῶν⟩ τεταρτημορίου διαιρέσε|ως. ἀπέχει γὰρ καὶ (ἡ) μὲν τοῦ τροπικοῦ κύκλου | κατὰ τὴν ΟΠ τῆς ἰσημερινῆς $\overset{o}{\mu}$ ἔγγιστα $\overline{\kappa\gamma}$ ⟨∟΄ γ΄⟩, | ἡ δὲ τοῦ συνεχοῦς τῷ τροπικῷ ⟨μηνιαίου κατὰ⟩ | τὴν ΡΣ $\overset{o}{\mu}$ $\overline{\kappa}$ ∟΄, ἡ δὲ τοῦ συνεχοῦς . . . . | κατὰ τὴν ΤΥ $\overset{o}{\mu}$ $\overline{\iota(\alpha)}$ Γο. (π)εριγράφ⟨ομεν οὖν⟩ καὶ τὸ | ἐφ' ἑκάστ(ης) αὐτῶν ἡμικύκλιον, καὶ ταῦτα | μὲν μετὰ τῶν οἰκείων διαμέτρων ἐάσο|μεν καθ' αὐτά, τοῦ δὲ μεσημβρινοῦ τῶν περὶ τὴν | τοῦ ἰσημερινοῦ διάμετρον ⟨ἡμικυκλίων ἑκά|τερον διελόντες εἰς ἴσας ὡριαίους διαστά|σεις $\overline{\iota\beta}$ σημειώσομεν κ⟩ατατομάς.

ubi autem est horarum 15 et dimidie, partes 45, ubi uero est horarum 16, partes 48 et dimidiam et decimam. copulabimus autem et diametros dictorum mensilium accipientes proprias ipsorum distantias ab equinoctiali in ipsa meridiani periferia uniuscuiusque diuisionis equalis ipsorum quarte. distat enim et que quidem tropici et secundum *op* ab equinoctiali partes proxime 23 dimidiam et tertiam, que autem continui tropico mensilis et secundum *rs* partes 20 et dimidiam, qve autem continui et secundum *cy* partes 13 et tertiam. circumscribimus itaque et semicirculum qui in unaquaque harum et hos quidem cum propriis diametris sinemus secundum se, meridiani autem eorum qui circa equinoctialem diametrum semicirculorum utrumque diuidentes in equales horarias distantias 12 signabimus sectiones. similiter autem et eas, que super *dge* fiunt a per-

26. Ante diametrum del. circulum.

3. τῶν] τῶ. 19. τυ] συ. 24. εασωμεν. 25. τῶν] om.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

⟨ὁ⟩μ⟨οί⟩(ω)ς (δ)ὲ ⟨καὶ⟩ | ⟨τὰς ἐπὶ τῆς ΔΓΕ γ⟩ινομένας ὑπ⟨ὸ τῶν ἐπ' αὐ-
118 τὴν⟩ || καθέτων ἀφ' ἑκάστης τῶν ὡριαί⟨ων κατατομ⟩|ῶν, ἐπειδήπερ ταῦτα⟨τηρεῖται⟩ κατὰ ⟨πάσας⟩ | τὰς ἐγκλίσεις. χαλκ⟨οῦ τοίνυν ὄντος ἢ ψη⟩¦φ⟨ί⟩(ν)ου τοῦ τυμπάνου οὐ⟨δεμιῶν ἔτι δεήσει⟩ | ἀ⟨πο⟩χαρά⟨ξ⟩εω⟨ν τού⟩των μὲν ⟨ὑπαρχόντων⟩ ..... | .... τῶν κατ⟨ὰ κλῖμα⟩ .... ⟨τὰς ἀποχαρά⟩¦ξε(ις) μέλανι ⟨μὲν⟩ .... ⟨ἐρυ⟩|θρῷ δὲ τὴν τοῦ μεσημβ⟨ρινοῦ καὶ τοῦ ἰσημερι⟩,⟨ν⟩οῦ διάμετρ⟨ον⟩ .... | ⟨ὅλον⟩ τὸ τύμπανον κηρῷ .... |

pendicularibus ad ipsam ab unaquaque diuisionum horariarum, quoniam quidem hec seruantur secundum omnes declinationes. tympano quidem igitur existente ereo uel nulla iam opus erit deletione caracterum hiis quidem existentibus in superlinitionibus eorum, que secundum clima ordinantur, ut duabus diametris et horariis diuisionibus; ligneo autem existente superliniendum nigro quidem colore alias omnes, rubeo autem meridianum et diametrum equinoctialis cum signis, et super totum tympanum cera consimiliter speris, ut non simul cum variandis superliniantur, que debent remanere.

12 Hiis autem suppositis facile in promptu nobis erit acceptionum unaqueque, si prius quidem ordine assequentes radici supposite eleuationis diametros copulauerimus orizontisque et gnomonis, deinde tropici semicirculi sectionem distinguentem quod supra terram ab eo quod sub terra et

14. Hic aliquid defuisse uidetur. 17. τήν] τον. 22. In reliqua parte paginae, quae legi nequit, fuit fig. p. 213.

2. horariūriarum. 6. uel] seq. lac., mg. ψηφιν̆. 8. Mg. αποχαράξε̃. 14. superliniendum] seq. lac., mg. τ̆ αποχαραξεις.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

utrarumque harum portionum in sex equalia diuisiones acceperimus et in propria ipsius diametro factas a diuisionibus super ipsam perpendiculares. hiis enim solis contenti procedemus secundum modum ostendendum. primas quidem igitur rursum eas que ektimori circuli secundum quamlibet horam periferias, has quidem ex portione super terram consistentes proprii signi ea que mensilis positione, has autem ex ea que sub terra eius quod ex opposito sibi; deinde eas que horarii omnium horarum, postea eas que descensiui et rursum conuenienter eas que meridiani seorsum; deinde eas que eius qui secundum verticem, post quas eas que orizontis, et ultimas, si uoluerimus, eas que in plano equinoctiali. post hoc autem acceptas quidem designationes liniemus. similia autem faciemus in reliquis duobus mensilibus utroque in parte et similiter in equinoctiali. deinde et priores diametros simul ablinientes copulabimus eas que consequentis climatis et eodem ordine utentes pertransibimus omnes suppositas differentias. ceterum autem gratia modi acceptionis periferiarum subtensarum angulis exponatur meridianus qui in et sit *abgd* circa centrum *e*, et copulentur per regulam examinate rectam que quidem *ab* diameter secundum communem sectionem ipsius et orizontis, qve autem *gd* secundum gnomonem. subiaceatque prius que *zeh* diameter equinoctialis, et sit que quidem in duo equa sectio semicirculi *zth* penes *t*, qve autem super terram quarta *zt*, horariarum autem que in ipso sectionum una quidem que penes *k*, et quod a perpendiculari per ipsum ad *ze* fit in ipsa signum, sit *l*; hec enim a principio accepta. eam quidem igitur que ektimori periferiam ex se ostendit que *tk*, super quam statuentes cancrum et postponentes super diuisam quartam exponemus gradus contentos a distantia. continet autem semper tot, quot multitudo subpositarum ab ortu horarum,

14. abliniemus, mg. απαλει! ψοῦ. 20. in] seq. lac., mg. αναλημματ. 27. Post et del. signum. 28. Supra ipsum add. scilicet *k*. 29. enim] seq. lac., mg. εχ' εν! (h. e. ἔχομεν).

tempora equinoctialia, eadem existens ei que in plano equinoctialis. eam autem que horarii accipiemus adducentes lati illius rectanguli alterum laterum ad signum *l*, ita ut reliquum adaptetur diametro orizontis *ab*, et secetur meridianus ab eo quod apud *l* latere penes *m*; qve enim *am* periferia faciet dictam. similiter autem, si unum laterum adduxerimus ad *l*, ita ut alterum adaptetur diametro gnomonis *gd*, et secetur meridianus ab eo quod apud *l* latere penes *n*, que *gn* periferia faciet eam que descensiui. rursum autem que quidem *az* ex se facit eam que meridiani. si autem statuerimus cancrum super signa *k* et *l* et unum lati illius laterum apposuerimus ad *l* altero adaptato ipsi *ge*, deinde alterum quidem terminum cancri apposuerimus ei que secus rectum angulum portioni ipsius *ge*, alterum autem apposuerimus lateri quod apud *l*, et manente ipso conuerterimus idem latus counitum similiter ipsi apud centrum *e*, ita ut secetur meridianus ab ipso ut penes *x*, que *gx* periferia faciet eam que eius qui secundum verticem. similiter autem, si unum laterum apposuerimus ad *l* altero adaptato ipsi *ae* et cancri eandem ipsi *kl* distensionem habentis alterum quidem terminum apposuerimus ei que secus rectum angulum portioni ipsius *ae*, alterum autem applicuerimus ei quod apud *l* lateri, deinde hoc manente conuerterimus rursum idem latus seruata coniunctione super centrum *e*, ita ut secet meridianum ut penes *o*, que *go* periferia faciet eam que orizontis. et in hiis quidem periferiis et in omnibus semper intelligendum, ut non idem repetamus, quod distensiones ipsarum simul cum acceptione per cancrum trans-

4. Post secetur del. qui a. 5. quod] corr. ex qui. 14. secus] a sec', sed a del. 21. Ad ipso mg. latere scilicet. 25. cancri] corr. ex cancer, mg. cancri. habentis] corr. ex habentes, mg. tis. 32. semper] sīp^{r}. 33. Ante simul del. cum.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

ferentes super diuisam quartam deprehense ab ipsis gradus debemus exponere.

Rursum supponatur alicuius aliorum mensilium parallelorum diameter et sit que *zhtk*, super quam orientalis semicirculus qui *zlk*, et centro quidem *t* distantia autem *ta* accipiatur signum in semicirculo *zlk* quod *l*, in quo distinguitur quod quidem *zl* super terram semicirculi et quod *lk* sub terra. accipitur autem signum *l* per platinam rectangulam, si angulus adductus fuerit ad *h*, ita ut alterum laterum adaptetur ipsi *zk*. secundum quod enim reliquum secat semicirculum, erit determinatum signum, quoniam quidem que ab *h* ipsi *hk* perpendicularis producta fit sectio planorum orizontis et circuli mensilis. diuidatur itaque portionum utraque in 6 equalia, et signatis ipsis accipiantur per appositionem platine rectangule et signa super *zk* facta a perpendicularibus ad ipsam ab acceptis diuisionibus in semicirculo. sit autem una earum que super terram que penes *m* et quod eiusdem ordinis cum ipso signum eorum que super *zh* quod *n*. centro quidem itaque ipso *n* et distantia *nm* accepto secundum meridianum signo *x* et latere adducto ad signa *e* et *h*, ita ut secet meridianum penes *o*, que quidem *zo* periferia faciet residuam in quarta periferie ektimori, que autem ab *x* super sectionem alterius ipsius et meridiani ipsam que ektimori. consequenter 13



1. deprehense] scr. deprehensos. 8. Mg. πλατυσματ. 10. Mg. ńo ca. Ad reliquum mg. ´ scilicet latus. 12. Ad *h* mg. uel *n*. Ad seqq. mg. !. 19. Ante platine del. p. 28. latere] seq. lac., mg. πλατυσματ. 31. Supra alterius add. scilicet lateris. 32. ipsius] seq. lac., mg. πλατυσματ.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

autem centro *h* et distantia *hm* accepto secundum meridianum signo *p* que *ap* periferia faciet eam que horarii. similiter autem centro *t* et distantia *tm* accepto secundum meridianum signo *r* que *gr* periferia faciet eam que descensiui. rursum que quidem *ao* periferia faciet eam que meridiani. si autem unum laterum apposuerimus ipsi *n* reliquo adaptato ipsi *ge*, et cancri distensionem habentis equalem ipsi *nm* alterum quidem terminum apposuerimus ei que penes angulum rectum portioni ipsius *ge*, alterum autem apposuerimus ei quod apud *n* lateri, deinde hoc manente conuerterimus latus quod ad ipsum seruata ipsorum coniunctione ad centrum *e*, ita ut secet meridianum penes *s*, que *gs* periferia faciet eam que eius qui secundum verticem. similiter autem rursum, si unum laterum apposuerimus ipsi *n* altero adaptato ipsi *ae* et cancri distensionem habentis eandem ipsi *nm* alterum quidem apposuerimus ei que secus rectum angulum portioni ipsius *ae*, alterum autem applicuerimus ei quod apud *n* lateri, deinde hoc manente conuerterimus id quod apud *n* rursum seruata ipsorum coniunctione ad centrum *e*, ita ut secet meridianum penes *c*, que *cg* periferia faciet eam que orizontis. ceterum autem, si ipsam *mn* ponentes equalem ipsi *ey* apposuerimus ipsi *y* rectum angulum uno laterum adaptato ipsi *ey* et cancri distensionem habentis eandem ipsi *nm* alterum quidem terminum apposuerimus penes *y*, alterum autem applicuerimus recto angulo ad latus *eg* et manente hoc rursum conuerterimus latus quod apud id ipsum seruata ipsorum coniunctione ad centrum *e*, ita ut secet meridianum secundum *f*, que *gf* periferia faciet eam que in plano equinoctialis.

Nunc autem, si diameter *zk* ad sinistras nostri partes positionem habens sit unius parallelorum mensilium australiorum equinoctiali, transuerso tympano ad positionem ex opposito et que *zk* et qui super ipsam semicirculus secus

6. laterum] seq. lac., mg. πλατυσ 7. cancri] corr. ex cancro. habentis] corr. ex habente. 9. ei] supra scr., in linea del. portioni. 13. faciet] -t e corr. 23. uno] corr. ex uni.

dextras nostri partes erunt in situ eodem cum mensili parallelo descripto per opposita signa, borealiora autem equinoctiali, et que quidem *kl* portio erit super terram, qve autem *zl* sub terra. qvare nos facientes eadem ostensis in diuisionibus portionis *kl* inueniamus et eas que in oppositis signis consistentes periferias. nam secundum quidem eam que in hyemali diametrum accepta ipsa *zk* quod quidem *zg* faciet eas que a principio capricorni fiunt super terram angulorum periferias, quod autem *dk* eas que a principio cancri. secundum eam autem que mensilis consequentis hyemali tropico diametrum supposita ipsa *zk* semicirculus quidem *zl* faciet eas que a principio sagittarii et aquarii consistentes super terram periferias, qvi autem *lk* eas que in principio geminorum et leonis. secundum eam autem que mensilis contigui equinoctiali diametrum accepta ipsa *zk* qui quidem *zl* semicirculus faciet eas que in principio scorpionis et piscium factas super terram periferias, qvi autem *lk* eas que in principio tauri et virginis. eas enim que in principio arietis et libre existentes easdem in una quacunque quartarum equinoctialis demonstratas esse accidit.

Et angulos uero ab antiquis determinatos, quoscunque 14 non eodem modo nobiscum exposuerunt, ab hiis in promptu licebit transumere. eum quidem enim qui circuli ektimori secundum nos, ut diximus, non assumpserunt, aliorum autem qui quidem horarius et qui in plano circuli qui secundum verticem et qui in plano equinoctialis iidem sunt hiis qui apud nos, qvi autem ab ipsis uocatur ektimorus, est isdem cum apud ˙nos meridiano, reliquorum autem descensiuum quidem facit residuus ad unum rectum eius qui apud nos descensiui, eum autem qui antiskius, id est contraumbralis, rursum residuus ad unum rectum eius qui apud nos orizontis. quod autem distracto quidem plano equinoctialis accipitur, et per tale palam fit. ostendit quidem enim et

4. Ad qvare mg. vel ut. 9. *dk*] mg. ḷ′kç in greco; scr. *lk*. 30. Ad residuus mg. deficiens. 32. Ad residuus mg. uel deficiens. 33. distracto] distracto p.

hoc eam que circuli horarii positionem. hanc autem continet proprie que eius qui secundum verticem per polos horarii descriptorum et uno existente eorum qui a principio necessarie suppositorum trium circulorum seruantium ubique ad inuicem positionem ad rectos angulos; propter quod et ektimori quidem periferia, pro qua eam que equinoctialis assumpserunt, non solum cum ea que horarii ostendit positionem radii, set et cum ea que meridiani, qve autem equinoctialis cum sola ea que horarii et non adhuc neque cum ea que meridiani neque cum aliqua alia reliquarum. hoc autem, quia neque secundum proprietatem ferentium radium comprehendit semper utique aut solum equinoctiis neque secundum proprietatem manentium eandem ubique seruat positionem ad reliquos non delatorum. exposuimus autem et non consistentes quantitates secundum illum, quem ostendimus, modum consequentium rationabilitati periferiarum, in subiectis autem septem parallelis et secundum unumquodque principium signorum et horarum in canonibus continentibus pertractatum a nobis ordinem in omnibus adiectionibus ad promptitudinem earum que in declinationibus acceptionum. adhuc autem, quoniam periferias quidem in meridiano circulo determinatas prompte faciunt manifestas orientaliores ipso et occidentaliores positiones horarum, eas autem que in circulo qui secundum verticem borealiores ipso et australiores casus radiorum, in quibus consequentiam diximus oportere coexquirere, asscripsimus singulis horarum signa, per que eam que ad borealia circuli qui secundum verticem et rursum ad australia radii positionem licebit considerare aliqualiter a conuenientibus hiis, que predeterminata sunt, principium facientes adiacentium quantitatum expressiones. promptum autem adhuc et coniugationes, a quibus positio radii determinatur, sex numero esse

3. Ad descriptorum mg. ! ti. 12. Ad utique mg. ! (legit ἂν ἤ pro ἀλλ ἤ). 16. Mg. ! 17. autem] ạuṭ. 20. Mg. επιβολα(ις). 23. Mg. των ρων. 25. quibus] quibus q?'. 27. Mg. ! 30. facientes] seq. lac., mg. faciamus. 31. Mg. εκβολ'. 32. determinatur] incertum, fort. datur.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.008

accidit, tres quidem ab hiis que ad inuicem delatorum trium circulorum ektimorique ad horarium et ektimori ad descensiuum, tres autem eas que ab unoquoque delatorum cum eo, qui inclinationem ipsius continet, manentium, ektimori quidem ad meridianum, horarii autem ad eum qui secundum verticem, descensiui autem ad orizontem. habent autem et canones ita.

Cancri principium horarum 13.

	Hore		ektimori	horarie	descensiue	meridiane	secundum verticem	orizontis
	orizontis		24 15	65 5	90 0	0 0	90 0	24 15
bo	1	11	25 15	69 15	75 10	35 15	74 50	20
bo	2	10	31 20	73 0	60 55	59 5	60 0	18 50
bo	3	9	46 50	76	46 6	72 10	45 5	17 15
bo	4	8	60 10	79 10	31	78 30	30 10	18
bo	5	7	75 0	81 20	17 30	81 30	15 10	27 0
bo	meridies		90 0	82 35	7 25	82 35	0 0	90 0

1. Post inuicem del. feren. 13. 75] ϥϥ (7 alibi est Λ). 20] 20′, mg. Γ́o. 15. 76] 76′, mg. Γ́o. 16. 31] 31′, mg. Γ́o. 18] 18′, mg. Γ́o. Mg. inf. F et fm̄ puto (h. e. falsum puto).

CLAUDII PTOLEMAEI
PLANISPHAERIUM

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.009

Suidas s. u. *Πτολεμαῖος ὁ Κλαύδιος χρηματίσας*: οὗτος *ἔγραψε* . . . . *ἅπλωσιν ἐπιφανείας σφαίρας*.

Cum sit possibile, Jesure, et plerumque necessarium, ut in plano representenfur circuli in speram corpoream incidentes, tamquam plana esset, consultum uisum est in ueritate scientie, ut, qui scire uelit hec, describat demonstrantem rationem, qua assignari conueniat circulum decliuem ac circulos equidistantes circulo equinoctiali pariter et circulos notos per circulum meridianum, et quicquid intenditur adaptum ei, quod apparet in spera corporea. cogit igitur huiusmodi intentio loco meridiani circuli rectis uti lineis, inter circulos uero equidistantes recto circulo, ut fiat primum circulus magnus decliuem assignans hinc inde attingens equidistantes recto pari utrimque distantia, quem medium secet, in hunc modum. describimus circulum equinoctialem notis *a*, *b*, *g*, *d* circa centrum *e*, cuius diametra ortogonaliter se inuicem secantia sint *ag* et *bd*. intelligemus igitur alterum diametrum meridianum circulum, punctum uero *e* polum septemtrionalem; nec enim alterum apponi con-



1. Jesuri CDE. 4. demonstrationem C. 7. pariter] pair̄ A. 8. notos] motos C, mg. notos. 10. adaptum] ABC, adaptatum DE. 12. corporea spera B. cogit] contingit B. 13. huiusmodi] h' C. 19. hinc] huic B. 20. contingens DE. 24. sint] om. C. 25. diametrūrium A. *e* uero B. 26. VIItrionalem polum C.

uenit in planitie spectante ad hunc, quemadmodum in sequentibus constabit; quorum cum septemtrionalis in parte nostra perpetuo appareat, is potius accomodus est in planitie, cuius nostra est assignatio. oportet igitur circulorum equidistantium recto septemtrionalem intrinsecus describi, australem uero extrinsecus. quod ut recte fiat, producimus lineam *ag* utramque in partem sicque de circulo *abgd* utraque ex parte *g* duos arcus equales resecamus, desuper *gh*, infra *gn*, continuamusque rectis lineis *d* cum utrisque notis, ita quidem, ut *dh* usque in lineam *ag* perueniat, locumque *k* signabit, *dn* uero ubi lineam *ag* tetigerit, *t* notabitur. quo facto fixo in *e* centro ad mensuram *ek* fiet circulus super diametro *km*, sicque non moto consequenter et alter fiet ad mensuram *et* lineae super diametrum *tl*. diuisa deinde *tm* linea per medium circa diuisionis punctum *r* describetur circulus ad mensuram medietatis. dico igitur illos duos circulos equidistantes equinoctiali pari utrimque distantia, tertium uero super *r* centrum decliuem, quem *tm* linea per equalia secat, quousque utrumque illorum attingat, alterum ad notam *m* alterum ad punctum *t*, equinoctialem per medium secare, quem ad opposita duo puncta *b* et *d* intercipit. quod ut ratione constet, continuabit linea recta *d* cum *m* ad punctum *z* equinoctialem circulum transiens. quoniam igitur arcus *az* equalis est arcui *gh*, qui equalis datus est arcui *gn*, arcum *zdn* totius circuli dimidium esse necesse est; unde angulum *mdt* rectum esse consequens est. quoniam itaque circulus super lineam *tm* descriptus triangulum rectangulum *mdt* circumscribens super punctum *d* transit, et super punctum *b* transire necesse habet; consequenter ergo circulum equinoctialem per equalia secat. hinc itaque constat inter circulos equi-

4. est] om. CD. 5. setemtrionalem A. 6. uero australem B. 7. *abgd*] CE, corr. ex *bgd* B, *abdg* A. 8. super C. 9. *gn*] corr. ex *g* enim B. 10. quidem] ꝗ B. 11. uero ubi] om. C. 18. quem] qui B. 19. contingat C. 21. *d*] e corr. B. 25. arcum *zdn*] mg. A. 26. *mdt*] -*t* supra scr. B. 30. necesse habet] BCDE, habet necesse A.

distantes recto, cum duplicamus ex utraque parte puncti *g* arcus equales, quantitatem eorum metiri arcum totius declinationis; quorum fines ubi continuamus rectis lineis cum puncto *d*, ponimus, quas resecant lineas rectas de linea *ek*, distantias circulorum, quos circa centrum *e* descripsimus, artificio dati exempli, ut sit intrinsecus quidem tropicus cancri, extrinsecus uero tropicus capricorni attingentis hos zodiaci ysemerinum per equalia secantis, ut descriptum est. metitur igitur deprehensio nostra utrumque arcuum *ng* et *gh* partibus XXIII punctis fere LI ex eis, que CCCLX totum *abgd* circulum metiuntur, que par est distantia utriusque tropicorum a circulo equinoctiali. est igitur hinc inde equidistantium circulorum *tl* quidem tropicus estiuus, *km* tropicus hyemalis; ex quo constans est circulum *mbtd* medium attingentem circulos tropicos, apud *t* quidem solstitium estiuum, apud *m* uero solstitium hyemale, equinoctialem per equalia secantem, ac si principio a puncto *b* sumpto per *a* transiens in *d* perducatur; propter quod declinantis circuli partes non conuenit ut sint equalium arcuum, sed quemadmodum in sequenti exemplo adaptabitur. id autem dico, ut sumamus principia signorum a punctis, ubi secat circulos equidistantes equinoctiali designatos ratione, qua docuimus, ad distantiam uniuscuiusque signi a circulo recto, prout est in spera corporea circuli signorum. hac itaque ratione erit omnis

---

1. duplicamus] CDE, duplicamus uel secabimus A, bimus uel sero duplicamus B. 2. quantitate B. 3. fines] fiñ B. 4. resecat B. de linea] d'cliue a· B. 5. quos (e corr.) circulorum B. 8. hos] om. B. ysemerinum] y- in ras. B, ysimerinum ut ait tholomeus E. 9. mentitur B, sed corr. igitur] itaque E, igitur ait tholomeus ABCD (ptolomeus B, itaque CD). 10. arcum C. punctis] B, mg. A. Supra LI add. minuт B². 11. *abgd*] BC, *abg* A. 12. distantia] C, distantia circuli transeuntis per (om. B) polos (om. B) equatoris diei AB. 14. yemalis A. 15. medium] medium ut Arabes uocant signorum circulum ABCE (circulum corr. in cingulum A, cingulum E). 16. aput A, ut solet. 17. equalia] media C. 18. perducatur] perducatur recta linea C. 23. ad] om. B.

recta linea, que per polum transierit, loco meridiani circuli deducta per zodiacum in partes denotantes eas, que per diametrum opponuntur in spera corporea.

2 Designabitur deinde omnis orizon, quemadmodum circulum decliuem designauimus, non quia equinoctialem per equalia secat, quin etiam zodiacum potentia per medium secet; id autem dico, quoniam designari habet per partes potentia respicientes eas, que per diametrum opponuntur in spera corporea. describatur enim circulus equinoctialis ut ante notis *a*, *b*, *g*, *d* circa centrum *e*, decliuis uero circulus notis *z*, *b*, *h*, *d* medium equinoctialem secans ad puncta *b* et *d*. deducemus deinde per polum *e* loco circuli meridiani lineam rectam utcunque atque, si placet, per *z*, *a*, *e*, *h*, *g*. dico itaque, puncta *z*, *h* respicientia ea, que per diametrum opponuntur in spera; id autem dico, ut circuli equidistantes recto ad hec puncta designati resecent arcus equales ex utraque parte circuli equinoctialis, quo modo exposuimus, ac si esset in ipsa spera. quod ut ratum fiat, consurget a puncto *e* linea recta perpendicularis super *ag* usque ad circumferentiam in punctum *t*; perducentur deinde linee recte *tkz* et *ta* sicque *thl* et *tg*. quoniam igitur in semicirculo est angulus *atg*, rectum esse constans est. at uero,



1. polum] BC, polum *e* A. 3. diametn̄ B, ut saepius. proponuntur B. 8. diametron E. 10. notis] om. E. 18. si placet] corr. ex suppleat B². per] e corr. B. 23. dico] supra scr. B. 28. si] om. B. consurgat C. 30. producentur C. linee] due linee E. 32. *atg*] *ate* B.

quoniam, quanta est *ze* in *eh*, tanta *ed* in se ipsam ducta, erit etiam tanta *et* in se ipsam; unde necesse est, ut, que fuerit proportio *ze* ad *et*, ea sit *et* ad *eh*; rectus est ergo et angulus *zth*. constitit autem rectus et *atg*; sublato igitur communi medio anguli *atk* et *gtl* necessario equales relinquuntur; unde et arcus *ak* et *lg* equos esse consequens est. ex his igitur, quoniam linee *tk* et *tl* applicant ad arcus, quorum eadem distantia a puncto de circulo equinoctiali, que educte a puncto *t* equidistante oppositis punctis *a* et *g* per quadrantes feriunt in linea *zg* puncta *z* et *h*, per que designari habent circuli duo equidistantes recto pari utrimque distantia, necesse est, lineam *zeh* continuare puncta potentia diametrum circuli decliuis terminantia.

3 Designamus deinde circulum alium decliuem a circulo equinoctiali loco orizontis, quousque secet solum equinoctialem per medium; unde puncta duo, ubi hic et zodiacus se inuicem interceperint, potentialiter per diametrum esse opposita necesse sit; id autem dico, ut linea continuans ea puncta per centrum equinoctialis transeat. sit enim, ut consueuimus, circulus equinoctialis *abgd* circa centrum *e*, zodiacus uero *hbtd*, quorum sectionis puncta continuans diametros *bed*, orizon autem *hatg* equinoctialem per equalia secans super diametrum *aeg*, cuius et zodiaci communis sectio ad puncta *h* et *t*. dico igitur, quod si applicuerit punctum *h* cum centro *e* linea recta loco circuli meridiani

2. etiam] ACE, et B. 3. *eh*] corr. ex *ez* B. ergo est CE. 4. et] om. E. constat CE. 5. anguli] CE, angulo AB. 6. *lg*] corr. ex *lc* B, *gl* C. 7. his] AE, proximo hiis B, ex proximo supra scr. A. applicantur CE. 10. feriunt] AE(B?), faciunt C. puncta] supra scr. B[3]. 11. habent designari C. duo circuli E. 13. diametron C, diamet$\overset{o}{n}$ E, ut saepius. 16. solum] om. CE. 17. duo puncta E. duo] om. B, II supra scr. B[2]. ubi] ubi scilicet E. 18. interceperint] inuicem secant E. diametron C, ut saepius. opposita esse E. 20. ea] illa E. transeat equinoctialis C. 24. super] BC, supra A. 25. igitur] AC, ergo BE. quod] B, f q C, om. AE. 26. meridiani circuli CE.

producaturque in directum, necessario per punctum *t* transibit. applicet igitur *he* linea recta eatque in directum, quousque orizontem feriat atque interim in puncto *t*. dico itaque punctum *t* commune quoque circulo zodiaci. quoniam enim in circulo *hatg* linee due se inuicem secant *ag* et *ht*, erit, quanta *ae* in *eg*, tanta *he* in *et*; igitur et quanta *be* in *ed*; unde et *bd* atque *ht* in eodem esse circulo necesse est. quapropter et super zodiacum *t*



signatum esse consequens est. fuit autem *t* signatum super orizontem, qui est circulus *hatg*; quorum communem sectionem continuat linea *th*, quam per centrum equinoctialis transire constans est. unde manifestum est, et zodiacum nichilominus ab orizonte secari ad puncta per diametrum opposita.

4 His ita constitutis nunc intuenda est proportio semidiametrorum equidistantium circulorum, qui designati sunt

---

1. *t*] *t* cum centro *e* linea recta C. 2. applicetur C. igitur] ergo CE. 6. in (pr.)] BCE, ⁊ (et) A. 8. circulo esse E. 9. *t*] om. CE. 10. qui — *hatg*] om. CE. *hatg*] corr. ex hāc g B. quorum — 14. opposita] om. C. 10. communem] om. E. 13. nichilominus] A, nihilominus BCE. 15. His ita] A, hiis igitur B, (h)iis itaque C, his itaque E.

supra signa circuli decliuis, ad semidiametrum circuli recti, quousque deprehendamus ortum eorum certoque metiamur numero, prout apparet in spera corporea applanes et decliui. describatur itaque circulus equinoctialis *abgd* circa centrum *e*, cuius diametra ortogonaliter se inuicem secantia *ag* et *db*, et protrahemus *ag* secundum rectitudinem usque ad punctum *z*, deinde circa *g* resecabimus duos arcus equales *gt* et *gh*, producenturque pariter linee *dkh* et *dtz* ea quidem ratione, qua constituimus, equidistantium circulorum septemtrionalem quidem fieri circa centrum *e* ad mensuram *ek*, australem uero circa idem centrum ad mensuram *ez*. dico igitur, quod, que fuerit proportio *ez* ad *ed*, eadem sit *ed* ad *ek*. siquidem arcus *gh* et *gt* equales, arcus *bt* et *bh* semicirculum equant; unde angulos *bdt* et *bdk* recto equales esse consequens est. sunt autem et anguli *edk* atque *ekd* recto equales; sunt ergo similes rectanguli duo trianguli *edk* et *edz*; unde necesse est, ut, que fuerit proportio *ez* ad *ed*, eadem sit *ed* ad *ek*. deinde et arcuum eorumque cordarum proportiones assumimus. manifestum est enim, que proportio est anguli *bdt* ad angulum *ezd*, eam esse arcus *bt* ad arcum *td*. cum



---

2. eorum ortum deprehendamus C. Ante metiamur del. deprehendamus A. numero metiamur C. 3. applanes] AB, applanos E, a planis C, supra scr. ·/. recta A. 4. itaque] $\overset{i}{g}$ E. 6. et — 7. *z*] om. CE. 9. quidem] in qua E. 12. fieri] fieri intrinsecus E. 15. quod, que] que A, quod BCE. fuerit] om. CE. 18. *gt*] *gt* sunt E. 24. ut, que] corr. ex quod B^2. 25. eadem — 26. et] et *ed* ad *ek* eadem sit. et deinde E. 26. earumque B, earundem E. proportionem E. 27. enim] om. B. que] quod B. 28. *edz* B.

equalis sit *bh*; que nimirum et arcus *ez* ad arcum *ed*, de circulo uidelicet designato super triangulum *edz*. unde consequens est, ut, que fuerit linearum *ez* et *ed* atque *ed* et *ek*, eadem sit corde *bt* ad cordam *td* proportio. his habitis metiemur in primis utrumque arcuum *gh* et *gt* partibus XXIII punctis LI secundis XX ex eis, que CCCLX circulum rectum metiuntur; que par est, ut prediximus, utriusque tropicorum ab equinoctiali distantia in spera corporea. erit igitur secundum hanc distantie quantitatem arcus *bt* gradus CXIII puncta LI secunde XX ex numero eo, qui totum circulum metitur absolutis uidelicet CCCLX gradibus, arcus autem *bh* residuus de semicirculo gradus LXVI puncta VIII secunde XL, linea uero recta, corda uidelicet arcus *bt*, partes C puncta XXXIII secunde XXVIII ex eis partibus, que CXX totam circuli diametrum metiuntur, quemadmodum in Almagesti constitutum est, corda uero *bh* partes LXV puncta XXIX secunde $\bar{0}$ est. ergo que proportio partium C cum punctis XXXIII secundis XXVIII ad partes LXV cum punctis XXIX secundis $\bar{0}$, ea est linee *ez* ad lineam *ed* atque *ed* ad lineam *ek*. quoniam igitur *ed* semidiametros circuli recti absolute LX partium est, metiuntur quidem ex eis partibus XCII puncta VIII secunde XV lineam *ez* semidiametrum hyemalis tropici, semidiametrum autem estiui partes XXXIX puncta IIII secunde XVIIII. ex his consequens est, quoniam hec semidiametra simul iuncta totam zodiaci diametrum faciunt, simul autem accepta sunt partes CXXXI puncta XII se-

---

1. nimirum] AE, minus B, minorem C. 2. super] BC, supra AE. 3. et] ad E. 4. et] om. C, ad E. Post proportio add. nam trianguli *btd* et *ezd* (*zed* E) sunt similes CE. his] hiis B, his $\overset{i}{g}$ E. 7. rectum] om. C. prius diximus E. 8. distantia] ABC, distantie E. 10. CXIII] *100* et *13* B. secunde] AC, secunda B, ut solent. eo numero CE. 11. qui] quod B. 15. totam] ABC, totum E. 16. in] AC, in libro B. 17. ō] A, mg. ʳõ; ø B, *30* C, o E. est] CE, ē A, cū B. 19. ō] ^{o} A, om. B, $\overset{30}{⊏}$ C, o E. 20. *ed* (alt.)] corr. ex *ad* B. 24. estiui] existiiui B. 25. hiis B. hec] om. C, hae E.

cunde XXXIIII, semidiametrum zodiaci constare ex partibus LXV punctis XXXVI secundis XVII, centrumque eius ab equinoctiali centro distare partibus XXVI punctis XXXI secundis LVIII.

Ponemus deinde utrumque arcuum *gh* et *gt* partes XX **5**
puncta XXX secundas IX, quanta est distantia inter 6
equinoctialem et equidistantes infra puncta tropica trigenis gradibus zodiaci, eritque arcus *bt* gradus CX puncta XXX secunde IX, cuius arcus corda partes XCVIII puncta XXXV secunde LIX, arcus uero *bh* gradus LXIX puncta XXIX secunde LI, cuius corda partes LXVIII puncta XXIII secunde LI. hic ergo, que fuerit proportio partium XCVIII cum punctis XXXV secundis LVIIII ad partes LXVIII puncta XXIII secundas LI, eam esse necesse est linee *ez* ad lineam *ed* atque *ed* ad lineam *ek*; unde ex partibus, que LX lineam *ed* metiuntur, numerari necesse est in linea *ez* partes LXXXVI puncta XXIX secundas XLII, in linea uero *ek* partes XLI puncta XXXVIIII secundas XV.

Nec aliter, si ponamus utrumque arcuum *gh* et *gt* **6**
partes XI puncta XXXVIIII secundas LIX, quanta est distantia inter equinoctialem et equidistantes infra tropica puncta sexagenis gradibus, erit totus arcus *bt* gradus CI puncta XXXIX secunde LIX, corda eius partes XCIII puncta II secunde XIIII, arcus uero *bh* gradus LXXVIII puncta XX secunda I, corda eius partes LXXV puncta XLVII secunde XXIII. quoniam igitur, que proportio est partium XCIII cum punctis II secundis XIIII ad partes LXXV cum punctis XLVII secundis XXIII, eadem linee *ez* ad lineam *ed*

---

1. zodiaci] BCE, circuli zodiaci A. 3. XXVI] XXVI ς A. 5. Fig. p. 233 repetunt AB. 7. trigenis] corr. ex trigonis B². 10. LIX] BC, LXI A. 11. LI] ·*5*· B. XXIII] corr. ex XXXIII A, *23*^{33} E. 12. hic] -c in ras. A. 13. LVIIII] corr. ex *58* B. 14. necesse est esse E. 17. Ante XLII del. L A et XI B. 18. uero] n̄ B. puncta] p̄c̄m̄ B. 22. CI] ⁊ (et) B. 23. secunde] ita etiam B, ut posthac saepius. 25. corda eius] partes *96* eius corda E. 26. igitur que] AB, ergo E, om. C. est] om. C.

atque *cd* ad lineam *ek*, necesse est ex eis partibus, que LX lineam *ed* conplent, lineam *ez* metiri partes LXXIII puncta XXXIX secundas VII, lineam uero *ek* partes XLVIII puncta LII secundas XLII.

7 Quodsi et utrumque arcuum *gh* et *gt* ponamus partes LIIII,
6 quanta est distantia ab equinoctiali equidistantium, quos tangit orizon in climate Rhodos, quod clima exempli gratia assumimus in spera corporea, erit itidem arcus *bt* gradus CXLIIII, corda eius partes CXIIII puncta VII secunde XXXVII, arcus uero *bh* gradus XXXVI, cuius corda partes XXXVII puncta IIII secunde LV. sic ergo, quoniam, que proportio est partium CXIIII cum punctis VII secundis XXXVII ad partes XXXVII cum punctis IIII secundis LV, eadem linee *ez* ad lineam *ed* atque *ed* ad lineam *ek*, de partibus, que LX lineam *ed* faciunt, habebit linea *ez* partes CLXXXIIII puncta XXXIX secundas XLVIII, linea uero *ek* partes XIX puncta XXIX secundas XLII. ex his constans est, siquidem hee due linee simul iuncte diametron orizontis faciunt, cuius modo mentionem fecimus, quemadmodum diametrum zodiaci tropicorum semidiametra, eam diametrum metiri partes CCIIII puncta IX secundas XXX ex eis, que CXX diametrum equinoctialis metiuntur. unde semidiametrum orizontis esse necesse est partes CII puncta IIII secundas XLV centrique eius ab equinoctiali centro distantiam partes LXXXII puncta XXXV secundas III.

8 His habitis deinceps metiri conuenit quantitatem ortus signorum, prout accidit in spera corporea. esto enim, ut

---

3. XLVIII] ḶXLVIII A. 4. LII] X̣LII A. 5. Quodsi et] quod ꝭ̄ corr. in quod si E. et] A, ꝭ C, om. B. 8. itidem] A, idem CE, in̄ (inde) B. 10. XXXVII] supra scr. B[2] XXXVI] XXXVI^r A, mg. ''·ō·ō·; *36* *66* (ōō supra scr.) B, *36* ct E, XXXVI cc C. 11. LV] *42* B. sic] sitque B. 14. LV] *42* B. 16. partes] om. CE. CLXXXIIII] CE; CLXXXIII A, mg. in alio *144*; *183* B. 18. hiis BC. 23. semidiametrum] corr. ex diametrum B[2]. 24. XLV] *42* B. 27. Hiis B. quantitatem conuenit E.

solet, circulus equinoctialis *abgd* circa centrum *e*, zodiacus uero *zbhd* circa centrum *t*, diametrorum ortogonaliter super *e* deductorum loco meridiani circuli alterum puncta sectionum continuans *b* et *d*, que et equinoctialia, alterum per utrumque centrum *gh* et *az*, quorum puncta tropica *h* et *z*. quoniam igitur intentio nostra demonstrandi, quantum in spera recta oriatur de circulo equinoctiali cum quotlibet partibus zodiaci, orizontis autem in spera recta positio qualis circuli meridiani potentia quidem linearum rectarum per polum equinoctialis circuli, punctum uidelicet *e*, transeuntium, que est positio circuli meridiani, constat igitur, quoniam arcus *zb* et *hd* quadrantes sunt circuli decliuis, eos oriri cum arcubus *ab* et *gd* quadrantibus equinoctialis circuli cum eisque celum mediare pariter et cum eisdem occumbere; lineam siquidem *bd* in circulo *abgd* cum per medium secet semidiametros *th* et ortogonaliter ad punctum *e*, equales duos arcus de zodiaco resecari necesse est, *bk* uidelicet et *dl*. perducentur itaque linee *kmen*



---

2. *t*] ∂τ B. super *e* ortogonaliter E. 4. continuat E. *b* et *d*] scr. *bd*. 5. et] *e. t.* B, del. A; scr. *ghaz*. 7. cum] quod cum E. 8. quotlibet] BCE, quolibet A. partibus] BC, gradibus AE (fort. scr. quolibet gradu). 13. est positio] DE, oppositorum ABC, sunt loco supra scr. A. 16. sunt] equinoctiali E, sed del. 17. decliuis] decliuis sunt E. 20. eisque] eisdem B. 22. eisdem] eisdem mediare A. 24. *abgd*] ABE, mg. in alio *zbhd* A, *abzbhbgd* B. 25. diametros B. 28. *dl*] *dli* B. producentur B.

et *lcey*. quo facto, quoniam per puncta *k*, *l* et *y*, *n* transeunt circuli equidistantes, quorum par utrimque ab equinoctiali circulo distantia, quousque punctum *k* potentia oppositum sit puncto *n* sicque punctum *l* puncto *y*, si ponamus arcum *bk* signum piscium, erit *ld* signum libre, eodem modo *by* loco arietis sicque *dn* loco uirginis. perducta itaque linea *ktl*, quoniam triangulus *kte* equalium est et laterum et angulorum triangulo *lte*, erit et angulus *ket* equalis angulo *let* sicque reliqui anguli *keb* et *led* sicque his oppositi. qui quoniam apud centrum equinoctialis circuli, arcus etiam eiusdem circuli sub his angulis, qui cum singulis his signis oriuntur, equos esse necesse est, ex quibus unius ad cuiusque ortum metiendum quantitatem indagari sufficiat atque, si placeat, *bm*. producimus igitur super lineam *ke* perpendicularem *tf*. quo facto, quoniam de eis, que LX semidiametron equinoctialis circuli continent, lineam quidem *tk* semidiametron zodiaci metiuntur partes LXV puncta XXXVI secunde XVII, lineam uero *et* inter circulorum centra partes quidem XXVI puncta XXXI secunde LVIII, lineam autem *ek* semidiametron equidistantis circuli designati ad caput piscium et caput scorpionis, puncta uidelicet *k* et *l*, partes quidem LXXIII puncta XXXVIIII secunde VII, notus est triangulus *tke*. si ergo comparemus ad lineam *ke* tetragonum *tk*, subtracto ei tetragono *te* determinabitur augmentum linee *kf* super lineam *ef*. quotiens enim duorum se inuicem

1. et] om. B. *y*, *n*] corr. ex *y* enim B[2]. 4. *n*] enim B. 5. piscium — signum] mg. A. eodem] BCE, eodemque A. 6. producta B. 8. et] om. B. *ket*] *k* B. 10. hiis BC. quoniam qui B. 11. etiam] ꝛ B, et ACE. his] hiis B. 12. his] cum hiis B, hiis C. signis] om. E. 13. metiende B. 14. indagare B, corr. B[2]. atque] at B. 15. supra B. *ke* lineam E. quo] corr. ex quanto B[2]. quoniam] supra scr. B. 16. circuli] om. B. 17. continent] e corr. B[2]. quidem] quoque E. 19. *et*] corr. ex ꝛ B. 20. LVIII] XVII LVIII A. 21. equidistates B. 22. *l*] *la* A. 24. *tke*] DE, *kte* C, *tke* si ergo nos diuiserimus (e corr. A) per lineam AB. 26. quotiens] BCE, quoties A. se inuicem duorum circulorum secantium B.

secantium circulorum maior minorem per medium secat, de maioris semidiametro in se ducto si tetragonus distantie centrorum subtrahatur, relinquitur tetragonus semidiametri minoris circuli. hic igitur, quoniam in hunc modum decliuis equinoctialem medium secat, semidiametros maioris *tk* in se ducta maior est tetragono *te* centrorum distantie, quantum semidiametros minoris *eb* ex se ipsa producit, cum rectus quidem sit angulus *bet* et linea *tb* equalis linee *tk*. lineam autem *eb* semidiametron equinoctialis circuli quoniam partes LX metiuntur, ex eisdem tetragonum eius continere necesse est $\overline{\text{III}}$DC, de quibus inter supradicta lineam *ek* metiuntur partes quidem LXXIII puncta XXXVIIII secunde VII; ad quam si differentiam illam, tetragonum uidelicet *eb*, comparemus, procedet augmentum linee *kf* super lineam *fc*, que sunt partes quidem XLVIII puncta LII secunde XLII. quod cum subtractum fuerit de linea *kc*, relinquuntur partes XXIIII puncta XLVI secunde XXV, cuius dimidium metietur lineam *fe*, que sunt partes XII puncta XXIII secunde XII, ex eis scilicet, quarum XXVI cum punctis XXXI secundis LVIII lineam *et* metiuntur. ex eis itaque partibus, que fuerint in linea *et* CXX, opposita scilicet recto angulo *eft*, necesse est numerari in linea *fe* partes LV cum punctis fere LIX, arcum uero corde *fe* metiri gradus LV cum punctis XL ex CCCLX totius circuli rectangulum triangulum *fet* continentis. ex gradibus igitur, qui

---

1. per medium minorem E. 6. *tk* — 7. minoris] mg. B². 7. minoris] maioris minoris A. 9. semidiametrom A. 11. Mg. $\overline{\text{III}}$ DC A. 12. inter] inτ̄ AB, int' C, item inter E. supradicta] A, supradictam BCE. 13. Supra ad scr. per A. Supra quam scr. scilicet lineam *ek* AB. 14. Supra comparemus scr. diuiserimus A. comparemus] C, comparemus ex 6 sec. A, comparemus ex 6 secundis B. procedet A, mg. ex 6. sec. (Eucl. II 6). 19. linea *ef* E. 21. LVIII] *30* B. *et*] ⁊ B. eis] hiis E. 23. *fe*] C, *ft* AB. 24. LIX] LIX (supra ·30·) A, *70*[30] E. 25. LV] *59* B. ex] corr. ex ⁊ B². CCCLX] *360*, -*6*- supra ras. B². 26. *eft* E.

https://doi.org/10.1017/CBO9781139628648.009

fuerint in IIII rectis angulis CCCLX, continebit angulus *fte* XXVII cum punctis L. hic autem cum angulo *fet* angulo recto equatur, qui ipse cum angulo *bek* nichilominus angulum rectum complet; subtracto igitur communi medio relinquitur angulus *bek* equalis angulo *fte*; metiuntur itaque angulum *bek* gradus XXVII puncta L. qui quoniam apud centrum equinoctialis circuli, et subiectum ei arcum *bm* metiri necesse est gradus XXVII puncta L ex CCCLX totius circuli equinoctialis. hii sunt itaque gradus et puncta, prout in spera corporea positum est, ex gradibus equinoctialis circuli, quibus IIII signa circumposita punctis equinoctialibus in spere aplanes situ oriuntur. possumus autem et leuiori modo ad hoc peruenire. quanta est enim *ke* in *en*, tanta *be* in *cd*. est autem *be* in *ed* partes $\overline{\mathrm{II}}$IDC; quod cum diuisum fuerit per lineam *ek*, colligetur linea *en*; itaque notam esse constans est. quam quoniam *ke* superat duplo linee *fe*, pariter et *fe* notam esse consequens est. est autem et *et* nota; que quoniam recto angulo apud *f* opponitur, erit et angulus *fte* notus, angulo uidilicet *keb* equalis, quem arcus *bm* notitia consequitur.

9 Simili exemplo metiri licet et sequentium ortum, ut si ponamus arcum decliuis circuli *bk* arcum duorum signorum, quousque punctum *k* notet principium aquarii punctumque *l* caput sagittarii, quorum opposita per diametron *n* quidem caput leonis, *y* uero principium geminorum. ceteris itaque simili modo perductis remanebunt quidem *kt* et *te* eiusdem quantitatis, linea uero *ke* ac-

---

1. angulis] BE, in angulis A, om. C. continebit] B, continebat (i supra a) A, continebat CE. 8. est necesse B. gradus] supra scr. B². 14. est autem — *ed*] C, om. AB, mg. E. 15. diuisiuū A. 16. colligetur] BC, corr. ex colligitur A, colligitur E. quam quoniam] q̄m q̄m B. 17. *fe* (pr.)] *ef* B. et] AE, om. BC. 18. consequens] BCE, mg. A, constans A. et] supra scr. B. 20. quem] AB², quam BCE. consequitur] BCE, con- supra scr. A. 25. punctumque] punctum BE. *l*] corr. ex *i* B². diametrum B.

crescet, prout demonstratum est, semidiametron equidistantis circuli designati ad principium aquarii et sagittarii metiri partes quidem LXXXVI puncta XXIX secundas XLII. si ergo differentia supra dicta, id est $\overline{\text{III}}$DC, per eam lineam diuidatur, colligitur augmentum linee *kf* super lineam *fe*; que sunt partes XLI puncta XXXVIII secunde XVIII. quod ubi subtractum fuerit de linea *ke*, remanebunt partes XLIIII puncta LI secunde XXIIII, cuius dimidium, id est partes XXII puncta XXV secundas XLII, lineam *fe* terminare consequens est, ex eis uidelicet partibus, quarum XXVI cum punctis XXXI secundis LVIII lineam *et* numerant. ex eis itaque partibus, que CXX lineam *et* recto angulo oppositam constituant, erit linea *fe* partium CI cum punctis XXVIII, arcus corde *fe* gradus CXV puncta XXVIII ex CCCLX totius circuli rectangulum triangulum *fet* continentis. ex eis itaque gradibus, qui fuerint in IIII rectis angulis CCCLX, habebit angulus *fte* gradus LVII puncta XLIIII. cui equalis est angulus *bek*; qui quoniam apud centrum equinoctialis circuli, et arcum *bm* eius quantitatis esse necesse est. unde portione piscium sublata portio aquarii relinquitur partium XXIX cum punctis LIIII. quam eandem esse et reliquorum trium eadem ab equinoctialibus punctis quantitate distantium, id est tauri, leonis et scorpionis, supra data necessitate consequitur. unde reliquum de quadrante, id est gradibus XC, reliquorum IIII, geminorum uidelicet et cancri, sagittarii, capricorni, ortus quantitatem metiri consequens est.

His ita firmatis intuendum est deinceps, idemne sit **10**
ortus signorum in ipsa spera decliui, an alium exigat

---

1. demonstratum] d'mranr̄ B. est demonstratum E. 3. quidem partes E. LXXXVI] *36* B. XLII] LXLII A, supra scr. *42*. 4. ergo] ergo est B. id est] idēm A, idē B, ·i· C. 5. colligetur B. 6. XXXVIII] BC, XXXVIIII A. 7. ubi] si E. 9. *ef* E. 11. *et*] om. B. 12. *et*] ⁊ B. 13. opposita B. 17. angulis rectis E. *fet* E. 19. eiusdem E. 20. portione] porcōm B. 21. XXIX] corr. ex XXX A. 23. id est] ⁊ B. 28. Hiis B. itaque C. firmatis] habitis firmiter E. est] om. E. 29. an] post ras. 1 litt. A.

